Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Farrago concordantium insignium totius sacrae Bibliae

https://hdl.handle.net/1874/402379

# FARRAGO

CONCORDANTIVM IN=
ſignium totius ſacræ Bibliæ,
fideliſſime per Barptho
lomeum VVeſthe/
merum con=
geſta.

Impreſſum Baſileæ, In ædibus Tho=
mæ VVolffij.

M. D. XXVII.

VIRTVTIBVS ET SCIENTIA CLARO Ioanni Dieſſenbach, Collegij Eccleſiaſtici, Diui montis Ioannis Decano, apud Dunam, ſuo in Chriſto amantiſſimo, Barptholomeus VVeſthemerus. Gratiã ac pacem optat.

QVOM ET MEVS DEVS OPtimus Max. quibuſdam docendi cauſa, in Lothoringia præfeciſſet, uidebar operæpretium facturus, ſi eis, unde illis nomen inditum erat Chriſtum, ex Paulinis Epiſtolis nunciarem, explicarem, & pro diuina mihi impertita gratia, exhiberem. Porro quom in tam ſancto labore, tam pio ſtudio uerſarer, protinus exurgũt, qui meam imo Pauli doctrinam pluſquàm Vatiniano (ut aiunt) odio proſequantur. Sic enim fieri ſolet, ut ubi Chriſtus, ſol ille noſter clariſſimus oriatur, illico et Satanas, regno ſuo, quod in hoc mundo poſſidet, timens, illi ſe totis uiribus, & omnibus membris opponat: Eorum uero tum inuidia, tum inimica tæla non damno, ſed potius commodo mihi fuerunt, coegerunt tum, ut & me ad arma reciperem. Quæ Paulus Chriſtianis ſummopere commendat, nõ ſane carnalia, ſed ſpiritualia. quibus proſternuntur poteſtates tenebrarum, quæ hũc adminiſtrant mundũ, diabolus, nimirum peccatum, mors,

& inferorum portæ. Ceſſit ergo eorum malum mihi
in bonum. Nam & uniuerſis Biblijs optimos decerp/
ſi flores, & in communes ſelegi locos, quæcunq; uel
in Chriſtianiſmi hodie in controuerſia, ferè in dubiũ
uocari poſſunt. Quibus iſtorum pecorum ſæuiciei, &
nequiciæ occurſarem. Aduerſum quæ eorũ ſane Mar/
tia arma nec ualere quicquam, nõ raro expertus ſum.
Sed ecce clariſſime uir, neſcio quo uel malo genio con
tigerit, ut à Diſcipulorum meorum fortaſſe quopiam
Typographus, qualemcunq; laborem meum adeptũ
publicarit, ad nihil minus, quàm hoc ſcriptum, ut in
lucem prodiret. Erat enim inordinata, neq; putata
adhuc, adhibita cenſura, materies, & prorſus embry/
rion quoddam, ut non partim me turbarit eius fœdi/
tas, atq; deformitas, Quæ & me tandem cõpulit ſub
incudem reuocare. Proinde ordinẽ correximus, ple/
raque reſecuimus, multos adhuc locos adiecimus, ut
uberior Neophytis ſit, inde rediturus fructus. Quam
Farraginẽ (Mœcænas amabiliſſime) tuæ humanitati
dedicatam uolui, ſub tuis alis cœli ſpirabile quoq; lu/
men uiſere, tum ut plurimis in me tuis beneficijs, non
ingratus eſſem, tum ut amoris in te mei argumentum
Memori/ perpetuum. κὰι μνημόσινομ, haberetis, ut liui/
ale. dorum formidaret libellus minus dentes. Vale in
Chriſto. Salutem Sigiſmundo, illuſtriſſ. Rheni Comi
tum pedagogo. Franciſco ac Ioanni Alpho animo
meo Chariſſ. omnibuſq; fratribus Chriſti Euangeliũ
amãtibus, aſcribe. Baſileæ. Menſe Febru. Anno. 27.

# INDEX CONCORDANTIVM SEV locorum, Ordine Alphabetico.

A

ARmatura Chriſtiani, folio. 1.
Abrogatio legis Moſe, fol. 1.
Aliena iuſticia non iuſtificat, fol. 2.
Antichriſti regnum ſpiritu ruet. 2.
Aduerſarijs quomodo reſiſtendum. 10.
Apoſtoli miniſtri Eccleſiæ, & non domini. 10.
Apoſtolorum officium 11.
Apoſtoli non onerent eccleſiam. 12.
Apoſtolus uinctus Ieſu Chriſti. 12.
Angelum bonum habet Chriſtianus. 14.
Ab operibus bonis non ceſſandum, fol. 85.
Afflictis oportune ſubuenit deus. 37.
Aſtrologis nihil credendum. 13:
Aſtutia. 15.

B

BAptiſmus ſpiritualis, fol. 15.
Blaſphemantibus uerbum non loqueris. 15.
Bona dei uoluntate affligimur. 36.
Benedictio quibus data. 16.
Benedictio amicorũ, ac maledictio inimicorũ dei. 16.

C

CHriſtus filius dei altiſſimi. 16.
Chriſtus imago dei. 17.
Chriſtus ſolus iuſtificat. 17.
Chriſtus ſolus mediator. 17.

Chriſtus ſacerdos in æternum,fol.18.
Chriſtus ſemel oblatus,19.
Chriſtus exemplar.Ibidem.
Chriſtus caput eccleſiæ.Ibidem.
Chriſtus lapis offenſionis. Ibidem.
Chriſti extenuatio.50.
Chriſtus fundamentum.56.
Chriſtus pax noſtra.19.
Chriſto omnia ſubiecta ſunt.95.
Chriſtianus ſalutis ſuæ certus ſit.61.
Chriſtianus quottidie moritur.20.
Crux Chriſtianorum.Ibidem.
Chriſtianorũ conuerſatio ſit in ueritate ſita.26.
Chriſtianis quomodo uiuendum.119.
Chriſtianorum unitas.29.
Chriſtianus expectet liberationem ſuam.51.
Chriſtiani cũ ſacerdotes ſunt,uerbum doceant opor-
tet,folio.27.
Contemptus dei.77.
Crux ferenda eſt.28.
Confeſſionem uerbi ſequitur perſecutio.Ibidem.
Conuitia contra uerbi miniſtros.25.
Cæremoniæ & feſtiuitates.6.
Circunciſio ſpiritus.22.
Circunciſio carnis.Ibidem.
Caſtitas donum dei.23.
Caſtitatis exempla.Ibidem.
Confeſſio & pœnitentia publica.Ibidem.

Confeſſio reconciliationis. 24.
Contritio cordis à deo, 24.
Conſcientiæ conſolatio. 25.
Caſtigatio ferenda. 27.
Conſuetudinibus non obſequendum. 10.
Corripit ac probat dominus ſuos. 31.
Cordium ſcrutator deus. 37.

D

DE eſu carnium. 28.
De delectu dierum. 29.
De ſcortatione & adulterio. 8.
De Auaricia & auaris. 8.
De adulatione. 15.
De muneribus. 9.
De cognitione dei. 21.
De charitate erga proximum. Ibidem.
Dilectionis proximi exempla. 54.
De iudicijs dei. 64.
De caſtitate. 23.
De confeſſione. Ibidem.
Diſcordiæ fugiendæ ſunt. 40.
Doctrinis uarijs non circumferamur. 86.
Damnatio per plures fiat. 13.
Deo omnia poſſibilia. 14.
Diuitiæ in ſe ſperantes fallunt. 58.
Dies iudicij. 41.
Diuinitas Christi. Ibidem.
Domus dei eccleſia. Ibidem.

Deus per ſpiritum cognoſcitur, fol. 30.
Deus omnia in omnibus. 31.
Deus omnia operatur, bona & mala. 31.
Dominus pugnat pro ſuis. 35.
Dominus cõmendat intentionẽ, & cor magis quàm factum, fol. 37.
Deus adoratur ſpiritu & ueritate. 39.
Domino peccamus. 34.
Dominus hortatur ad pœnitentiam. 34.
Dominus prope eſt inuocantibus eum. 37.
Deus ſolus inuocandus. 38.
Deus ſolus adorandus. 39.
Deſperandum non eſt. 41.
Dominus refugium pauperum. 39.
Deus mentiri neſcit. 58.
De peſte. 43.
De fame. 43.

E

Epiſcopi officium. 41.
Euangelium potentia dei. 43.
Euangelium uerbum ueritatis. 43.
Euangelium gratioſum eſt. 43.
Euangelij officia. 44.
Euangelium intrepide annunciandum. 44.
Efficatia & uis uerbi dei. 49.
Eccleſia ædificata uerbo. 49.
Excommunicatio uera. 50.
Eleemoſyna. 52.

Ebrietas uitanda.26.
Exempla dilectionis dei. 46.
Exempla diuinæ obedientiæ.46.
Exempla patientiæ.47.
Exempla punitæ hypocriſis.46.
Exempla punitæ ſuperbiæ.48.
Exempla punitæ auariciæ, & ebrietatis, & luxuriæ, fol.47.
Exempla puniti adulterij.47.
Exempla maledicentiæ punitæ. 48.
Exempla malæ æducationis puerorum.108.
Exempla martyrum.47.

F

Fides ſola iuſtificat.53.
Fidei exempla.45.
Fides donum dei eſt. 54.
Fides & ſpes.55.
Fides commendatur.56.
Fides ſpes & charitas.56.
Fideles templum dei.57.
Fideles cohæredes & fratres Chriſti. 57.
Fideles egere non poſſunt.57.
Fidelis non dereliquitur.58.
Fratribus errata condonanda.58.
Fama bona cuſtodienda. 59.
Falſi prophetæ.2.
Fidendum ſoli domino.121.

G

GEntium conuerſio.21.
Gloria dei alteri non datur.60.
Gaudium Chriſtianorum.Ibidem.
Gratiæ capaces.Ibidem.
Gladij ſæcularis uſus.61.

H

HYpocritæ.7.
Humiles reſpicit deus.12.
Homo ad imaginem dei creatus.62.
Hieruſalem cœleſtis deſcriptio.Ibidem.

I

IVſticia ſoli deo debetur, nobis uero confuſio.110.
Iuſticia ex fide.62.
Iuſticia dei noſtra iuſticia.63.
Iuſtificationis initium non penes nos eſt.100.
In Chriſtianos non graſſandum.61.
Infirmioribus non inſultandum.64.
Iudex quomodo iudicare debeat.67.
Iudices non temere iudicent.86.
Iniuria ferenda.64.
Iræ reſiſtendum.95.
Inimici diligendi.66.
Incredulitas.Ibidem.
Ieiunium uerum. Ibidem.
Inobedientia punita.46.
Imitatores ſimus Chriſti & Apoſtoli.66.
Impiorum proſperitas pijs offendiculo.68.
Impiorum pœna.68.

Impius proprio iugulatur gladio: 68.
Impios punit deus per impios, Ibidem.
Impij puniuntur aliquando per pios. 69.
Impij pœnitere neſciunt. Ibidem.
Impijs non adhærendum. 70.
Impijs quod timent, accidit. Ibidem.
Impiorum cor lac coagulatum. Ibidem.
Inuentores rerum. 42.
Imagines abolendæ. 43.

L

Libero arbitrio caret homo. 71.
Loci qui uidentur ſtatuere liberum arbitrium, folio. 71.
Libertas Chriſtiana. 72.
Lex umbra tantũ eſt, non iuſtificatio. Ibidem.
Lex affectum exigit. 73.
Legis doctores. Ibidem.
Ligandi abſoluendiq; autoritas. Ibidem.
Laborandum ſingulis. Ibidem.
Loquacitas uitanda, taciturnitas uero ſeruanda. folio. 74.
Lapſus linguæ. 75.

M

Malicia humana 75.
Malicia propria nos arguet. 79.
Murmur contra deum. 76.
Miracula citra ſcripturã nihil 77.
Mundus Chriſtianos perſequitur. Ibidem.

Mendacia fugienda, fol. 8.
Mentiti ſunt credentes. 24.
Mutuum dandum. 78.
Malo non reſiſtendun. Ibidem.
Modeſtia Chriſtianorum. 79.
Maria uirgo, mater Chriſti. 75.
Magiſtratus. 82.
Magiſtratui obediendum. 94.
Mercenarius dignus mercede. 83.
Mentem domini nemo nouit. III.
Monachi mendicantes. 3:
Mors Chriſti pro omnibus ſatisfecit. 80,
Mors generalis. 81.
Mors non timenda. Ibidem.
Mors piorum deploranda. 82.
Mors impiorum non deploranda. Ibidem.

N

NEceſſario omnia contingunt. 23.
Nutu dei omnia fiunt, Ibidem.
Noua ueteribus ſtabilienda. III.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 84.
Non temere iudicandum. 85.

O

OPera non iuſtificant. 87.
Opera uidentur mercedem ac iuſtificationem promittere. 89.
Opera teſtimonia fidei. 90.
Opera miſericordiæ, Ibidem.

Opera charitatis erga proximum.90.
Operũ retributor eſt dominus.38.
Oratio qualis. Oratio non uacillet,fol.91.
Orare debemus pro inuicem,etiã pro inimicis.Ibidẽ.
Orandum eſt in afflictionibus.92.
Oratio ſpiritualis.Ibidem.
Orandum ſemper.93.
Oratio Chriſtianorum ſit ſobria.93.
Orare oportet unanimiter & humiliter.93.
Orandum ſimpliciter.Ibidem.
Orandum ut miniſtri uerbi libere loquantur.94.
Obedientia melior uictima.94.
Omnibus prophetare licet.96.
Ordinatio presbyterorum olim quomodo fiebat.96.
Orphanorum pater deus.97.
Otium Monachorum.4.

P

PRædeſtinatio.97.
Prædeſtinatiõe offenſi quomodo mitigãdi.110.
Peccatores ſumus omnes natura.99.
Peccatũ punit peccatũ,& excæcat hominem.100.
Peccatum fugiendum.53.
Peccans ſeruus peccati.101.
Peccatum irremiſſibile.24.
Peccatores ſuſcipit deus.39.
Pœnitentium miſerebitur deus.34.
Pœnitentia uera. Pœnitentia falſa.106.
Principem malum meretur populi peccatum.100.

Principibus quando non obediendum.9ſ.
Pax ſeruanda. 107.
Pacis exempla.Ibidem.
Pacis internæ promiſſiones.Ibidem.
Promiſſiones ueteris teſtamenti 105.
Promiſſiones noui teſtamenti.Ibidem.
Prophetiæ de Chriſto uenturo.101.
Prophetiæ de Antichriſto & regno ſuo. Ibidem.
Prophetiæ de pſeudoprophetis aduenturis.102.
Prædicatores uerbi dei audiantur.103.
Pſeudoprophetæ non audiantur. Ibidem.
Pſeudodoctores quomodo obiurgandi.104.
Pſeudoprophetæ à domino mittuntur.Ibidem.
Pœna ſequitur impios doctores.Ibidem.
Pœna illorum qui uerbo aduerſantur.103.
Pœna prohibentium prophetare. 105.
Proſperitas, Sacietas rerum quidnam pariant.106.
Parentum eſt docere pueros.108.
Parentibus obediendum.Ibidem.
Patres non in omnibus obſequendum.10.
Parentum ueſtigijs non ingrediendum. 12ſ.
Patientia.109.
Pauperes non opprimantur.Ibidem.
Paucis contenti ſumus. 110.
Puluis ſumus.     Pœna idololatriæ.110.

Q

QVæſtiones ſtultæ uitentur. 19

R

Reliquiæ tantum ſaluantur.fol.112.
Reliquiæ peccati ſanctis non imputantur.113.
Ratio fidei reddenda eſt.112.
Rationi non obſequendum,neq; eius iudicio.Ibidem.
Rationem reddet unuſquiſq; de ſeipſo.111.
Reſpectus perſonarum apud deum non eſt.14.
Reſurrectio mortuorum. 112.
S
Sacerdos docti ſint.113.
Sacerdotes ignari deſtituantur.114.
Sacerdotes obediant regibus.Ibidem.
Sacerdotes legem dei doceant.115.
Sacrificium unicum uerum noui teſtamenti . Ibidem.
Sacerdotium Chriſtianum. Ibidem.
Sacrificandum quottidie.Ibidem.
Scripture intellectum aperit ſpiritus Chriſti.116.
Scripturæ uſus.20.
Spiritus in æternum promiſſus. 117.
Spiritus ſancti in eccleſia dei offitia.Ibidem.
Spiritus & caro quid ſit. Ibidem.
Sancti iudicabunt ſimul cum Chriſto.118.
Sanctos dormire dicuntur.119.
Securitas carnis prohibetur.Ibidem.
Simplicitas ſeruanda.120.
Salus á domino. Ibidem.
Salus hominis uana. 121.
Scandalum quando uitandum.29.
Scandalum quando non uitandum. Ibidem.

Sancti nihil meruerunt.16.
Sancti uocantur fideles,fol.27.
Seditionis punitæ exempla. 48.
Serui obediant dominis.121.

T

TRaditiones humanæ.4.
Timor domini ſapientia.121.
Timor & uerbum dei ſemper opus.122.

V

VErbo domini omnia facta ſunt.122.
Verbi dignitas.123.
Verbi authoritas.123.
Verbum diuerſos habet auditores.Ibidem.
Verbũ dei prædicatum occaſio tumultus eſt. Ibidem.
Verbum domini permanet in æternum.124.
Verbum non ocioſum.123.
Verbo dei nihil addendum.122.
Verbũ domini lucerna & Scutũ in ſe ſperãtiũ. 124.
Verbum uiuificat.124.
Verbum non fit ocioſum.Ibidem.
Victus debetur miniſtris uerbi.125.
Vexatio dat intellectum.Ibidem.
Vocati ſumus ad afflictiones.Ibidem.
Vita Chriſtiana perpetuus curſus.127.
Vita Chriſtiana periculis plena.126
Vxor honeſta donum dei.Ibidem.
Vxores diligant uiros.Ibidem.
Viri diligant uxores ſuas.Ibidem.

## ARMATVRA CHRISTIANI.

ACCIPITE armaturam dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo &c. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt uerbum dei. Ephe. 6.

Sobrij ſumus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis. 1. Theſ. 5.

Sobrij eſtote, & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus &c. Cui reſiſtite fortes in fide. 1. Pet. 5.

Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia dei. 2. Cor. 10.

In potentia dei, per arma iuſtitiæ, dextera ac ſiniſtra. 2. Cor. 6.

Induamur Chriſtum, & induamur arma lucis, id eſt, Chriſtum, hoc eſt, potentiā eius, & exemplo Chriſti uitam ueſtram inſtituite. Rom. 13.

Per arma iuſtitiæ, à dextris, & à ſiniſtris. 2. Cor. 6.

## ABROGATIO LEGIS MOSE.

DAbo legē meam in uiſceribus corū, & in corde eorum ſcribam. Hiere. 31.

Legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in ſemetipſo. Epheſ. 2.

Delens quod aduerſus nos erat Chyrographum, decreti, quod erat contrarium nobis. Coloſ. 2.

Dabo leges meas in cordibus eorum, & in men- Heb. 8.

tibus eorum ſuper ſcribam eas.

Hier.24. - Dabo eis cor, ut ſciāt me, quia ego ſum dominus.

Rom.6. - Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.

Hebr.10. - Dabo leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inſcribam eas.

Gal.3.4. At poſtquàm uenit fides, non amplius ſub pædagogo ſumus.

Baru.2. Statuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, ut ſim illis in deum, & ipſi erunt mihi in populum.

Ioan.1. Lex per Moſen data eſt, Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum exorta eſt.

Rom.8. Legi enim dei non eſt ſubiecta, nec ei poteſt.

Galat.3. - Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur.

Ioan.7. Nonne Moſes dedit uobis legem? & nemo ex uobis facit legem.

Lucæ.16. Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem, ex eo regnum dei euangelizatur., & omnis in illud uim facit.

Act.15. Nunc ergo quid tentatis deum, Inponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; uos, neq; patres noſtri portare potuimus, ſed per gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi.

Galat.3. In lege nemo iüſtificatur apud deum, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide uiuit.

Hebr.7. Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis

Translatio

tranſlatio fiat.

Reddemus uitulos labiorum noſtrorum. Oſea.14.

Vide & perlege Malachiam, tractantem de legis abrogatione.

ALIENA IVSTICIA NON IVSTIFICAT.

SI ſteterit Moſes, & Samuël coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Hiere.15.

Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem. & orationem, & non obſiſtas mihi quia non exaudiam te. Hiere.7. & .11.

Noe, & Daniel, & Iob fuerunt in medio eius. Viuo ego/dicit dominus deus, quia filium & filiam non liberabūt. ſed ipſi iuſticia ſua liberabūt animas ſuas. Ezec.14.

ANTICHRISTI REGNVM. SPIRITV RVET

ET percutiet terram uirga oris, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Eſai.11. & .65.

Conſurget Rex impudens facie, & contra principem principū cōſurget, & ſine manu conteretur. Dani.9.

Et tunc reuelabitur ille impius, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris, qui & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. 2.Theſ.2

Oculus dexter eius tenebreſcens, obſcurabitur. Zach.11.

ADVERSVS FALSOS PROPHETAS.

Hiere. 2. Prophetæ prophetabant mendatium, & ſacerdo-
& . 5. tes applaudebant manibus ſuis, & populus meus ta-
lia dilexit.

Eſa. 3. Vos enim depaſti eſtis uineam meam, & rapina
pauperis in domo ueſtra.

Hiere. 12. Paſtores multi demoliti ſunt uineam meam, con-
culcauerunt partem meam.

Zach. 11. O paſtor & idolum, & derelinquens gregem
meam.

Ezech. 13 Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritũ
ſuum, & nihil uident.

Hier. 50. Paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntq; uaga-
ri in montibus.

Iſa. 5. Væ, qui dicitis malum bonũ, & bonũ malũ &c.

Eſa. 56. Speculatores eius cæci omnes neſcierunt uniuer-
ſi, canes muti, non ualentes latrare.

Hier. 14. Falſi prophetæ uaticinantur in nomine meo, non
miſi eos, & non præcepi &c.

Ezec. 34. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos,
Conſule, & perlege totum iſtud caput.

Oſeæ. 5. Facti eſtis laqueus ſpeculationum, & uictimas de-
clinaſtis in profundum.

Mich. 3. Et ſacerdotes in mercede docebant, & prophetæ
eius in pecunia diuinabant.

Zach. 11. Et paſtores eorum non parcebant eis, & ego non
parcam ultra ſuper &c.

Ecce

Ecce ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos fel le, A prophetis enim Hieruſalem egreſſa eſt pollutio &c. Hier. 23.

Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabant animam eorum, Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos. Oſeæ. 4.

Sacerdotes eius contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea, & animas deuorauerũt, opes & precium acceperunt, & uiduas multiplicauerunt &c. Ezec. 22.

Popule meus qui te beatum dicunt, ipſe decipiunt te, & uiam itinerum tuorum diſsipant &c. Eſa. 3.

Maledictus, qui errare facit cæcum, uel offendiculum ponat. Deut. 18.

Grex perditus factus eſt populus meus, eo quod nõ habuit ſcientiam. Hiere. 50.

Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Hier. 48.

Prophetæ tui uiderunt tibi falſa. Hiere. 2.

Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritũ ſuum, & nihil uident, quaſi uulpes in deſerto prophetæ tui Iſraël erant. Ezec. 13.

Hæc dicit dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem. Mach. 3.

Sacerdotes & prophetæ neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt uino, errauerunt in ebrietatẽ, neſcierunt Eſa. 28.

erunt uidentes, ignorauerunt iudicium.

Mat. 23. Væ uobis ſcribæ, & phariſæi. qui clauditis regnũ cœlorum ante homines, uos enim non intratis, nec aduenientes ſinitis intrare.

Ioan. 10. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſ-cendit aliunde, ille fur & latro eſt.

1. Tim. 4 In poſterioribus temporibus deſciſcent quidam à fide, attendentes ſpiritibus impoſtoribus, ac doctrinis dæmoniorum.

2. Pet. 2. Fuerunt uero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces.

1. Tim. 1. Deflexerunt ad uaniloquium, uolentes eſſe legis doctores, nõ intelligentes, quæ loquũtur &c.

2. Theſ. 2 Subducatis uos ab omni fratre, qui inordinate ſe gerit, & non iuxta inſtitutionẽ, quã accepit à nobis.

Rom. 16. Rogo autem uos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſ-ſentiones. & offendicula per doctrinam / quam uos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis.

1. Tim. 6 Is inflatus eſt, nihil ſciens, ſed inſaniẽs circa que-ſtiones, ac diſputationum pugnas, ex quibus naſcitur inuidia.

Coloſ. 2. Videte ne quis ſit, qui uos deprædetur, per philo-ſophiam inanem.

## ADVERSVS MONACHOS MENDICANTES.

Prou. 4. COmedẽt panẽ impietatis, & uinũ iniquitatis bibunt.

Et omnino mēdicus,& indigēs,nō erit inter uos, Deut. 15.
Et uulgus pauperem ſpoliarunt nudis. & incen tibus,abſq; ueſtitu,Et eſurientibus tulerunt ſpicas. Iob.24.

Non ſit porrecta manus tua,ad accipiendum,& ad dandum collecta. Eccle.4

Araſtis impietatem, impietatem meſſuiſtis,comedistis frugem mendacij. Oſeæ.10.

Væ ei,qui multiplicat non ſua uſquequo,& aggrauat contra ſe denſum lutum,nunquid non repente conſurgent,qui mordeant te,& ſuſcitabuntur lacerantes te,& eris in rapinam eis. Abac. 2.

Væ qui coniungitis &c. Eſa.5.

Qui deuorant &c. Pſal.14.

Quia tu ſpoliaſti gentes multas,ſpoliabunt te omnes,qui reliqui fuerunt de populis.

Beatius eſt magis dare quàm accipere. Act.20.

Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,qui comeditis domos uiduarum,qui circuitis mare,& aridā, ut faciatis unum proſelitum &c. Matt.23.

Væ uobis ſcribæ,orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Matt.23.

ADVERSVS OTIVM.

IN laboribus hominum non ſunt,& cum hominibus non flagellabuntur. Pſal.72

Non fuerūt in auxilium, & in aliquam utilitatē, ſed in confuſionem,& opprobrium. Eſai.30.

## ADVERSVS EORVM VORACITATEM.

Mich.3. QVi comedũt carnem populi mei, & pellem eorum excoriauerunt.

Peccata populi mei comedent, & nõ ſaturabũtur.

Ezech.7. Anima ſua non ſaturabitur, & uentres eorum nõ ſaturabuntur.

Aggei.1. Comediſtis, & non eſtis ſaturati, bibiſtis, & non eſtis inebriati, operuiſtis uos, & non eſtis calefacti.

Tu comedes, & non ſaturaberis.

Pſal.14. Qui deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis.

Iob.20. Nudauit pauperes, domum rapuit, & non ædificauit eum, nec ſatiatus uenter eius.

Prouе.13 Venter autem impiorum inſatiabilis.

Pſal.15. Sepulchrum patens guttur eorum, Germanice. Ir ſack hat kein boden.

Pſal.58. Ipſi diſpergentur ad manducandum.

## ADVERSVS TRADITIONES HVMANAS.

Hiere.2. ME dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ, fodierũt ſibi ciſternas.

2.Eſd.9. Patres noſtri non fecerunt legem tuam, nec reuerſi ſunt à peſſimis ſtudijs ſuis.

Mich.7. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt, per totũ caput.

Mich.3. Clamabunt ad dominũ, & nõ exaudiet eos, ſicut

nequiter

nequiter egerũt in adinuentionibus ſuis.

Victimæ impiorum abominabiles deo ſunt. Pro.15.

Eo quod appropinquat populus iſte, & labijs ſu= Eſa. 29.
is glorificant me. & .30.

Et coluerunt me mandatis hominũ, & doctrinis. Mar.7.

Propheta qui habet ſomnium, narret ſomnium, Matt. 15.
& qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem, Hier.23.
uere. Quid paleis ad triticum? Dicit dominus.

Nonne ſatis erat uobis paſcua bona depaſci? Inſu Ezec.34.
per & reliquias paſcua ueſtrarum conculcaſtis pedi/
bus ueſtris, & cum puriſſimam aquam biberetis, re=
liquam pedibus ueſtris turbabatis.

In die illa non confunderis ſuper cunctis adinuen/ Sopho.3.
tionibus tuis, quibus præuaricata es in me.

Quoniam diminutæ ſunt ueritates, & rectum in Pſal.11.
hominibus non eſt.

Ad legem magis, & ad teſtimonium. Eſa.8.

Videte, ne quis uos deprædetur, per inanem phi= Coloſ.2.
loſophiam.

Omnis plantatio, quam non plantauit pater, era/ Matt.15.
dicabitur.

Relinquentes enim mandata dei, tenentes tradi/ Mar.7.
tiones hominum &c. Bene irritum feciſtis præceptum
dei, ut traditionem ueſtram ſeruetis &c. Reſciden/
tes uerbum dei per traditionem ueſtram, quam tra/
didiſtis.

Lucæ.16. Quod hominibus altum eſt, Abominatio eſt ante deum.

1.Cor.6. Prætio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.

Deut.12. & .4. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, ſinguli, quod ſibi rectum uidetur, Nihil addetis ad uerbum meum quicquàm, nec auferetis ab eo, ſed tantū facito, quæ ego præcipio tibi.

Oſeæ.9. Non libabunt domino uinum, & non placebunt ei ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium.

Matt.15. Fruſtra me colunt mandatis hominum, & doctrinis.

Mat.28. Docentes ſeruare, quæ ego præcipio uobis.

Oſeæ.7. Nunc circumdederunt eos, & adinuentiones ſuæ coram facie mea factæ ſunt.

1.Reg.15. Conſule primum librum Samuelis prophetæ, ſiue Regum, & uide inſignem hiſtoriam, de Saulo rege Iſrael, addente ad uerbum dei. Quamobrem regno ſuo, & diademate deſtituabatur & David, à domino in regem futurum, ungebatur à Samuele propheta.

Deut.5. Cuſtodite igitur & facite, quæ præcepit tibi dominus deus uobis, non declinabitis ad dexteram, neq; ad ſiniſtram, ſed per uiam, quam præcepit dominus deus tuus ueſter, ambulabitis.

Eccle.17. Quid nequius quàm quod cogitauit caro, & ſanguis, hoc arguetur.

Eſa.47. Ego dominus deus tuus, docens utilia, guber-

nans

nans te in uia, qua ambulas. Vtinam attendiſſes man data mea.

Omnis ſermo dei ignitus, omnibus ſperantibus in ſe. Nec addas quicquàm uerbis illius, & arguaris inueniariſq; mendax. Pro. 30.

Non ceſſes audire fili doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ. Pro. 19.

Redarguito illos ſeueriter, ut ſani ſint in fide, nõ attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum, auerſantium ueritatem. Titum. 1.

Non amplius pueri ſumus, ut fluctuemus, & circumferamur quouis doctrinæ uento, per uerſuciam hominum, per aſtutiam, qua nos adoriuntur, ut impo nant nobis, ſed ueritatem ſectantes in charitate, Ephe. 4.

Doctrinis uarijs, ac peregrinis ne circumferamur Hebr. 13.

Vnus eſt legislator, qui poteſt perdere ac ſeruare. Iaco. 4.

Si reſurrexiſtis una cum Chriſto, ſuperna queri te, ubi Chriſtus eſt, ad dexteram dei ſedens, ſuperna curate, non terreſtria. Coloſ. 3.

Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene com placitum eſt, ipſum audite. Matth. 3.

## ADVERSVS CEREMONIAS ET FESTIVITATES.

QVo mihi multitudinem uictimarũ ueſtrarum? Plenus ſum holocauſtomatum. Arietũ, & adi pem pinguiũ, & ſanguinẽ nolui &c. per totũ cap. Eſaiæ. 1.

Holocauſt-

Hiere.6. Holocauſtomata ueſtra non ſunt accepta, & ui-
ctimæ ueſtræ non placuerunt.

Amos.5. Odi & proieci feſtiuitates ueſtras, & nõ capiam
odorem cœtuum ueſtrorũ.

Eſa.58. Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diem
affligere hominem animam ſuam.

Hiere.4. A minore quippe uſq; ad maiorem omnes auaritiæ
&.6. ſtudent & A Propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti fa-
ciunt dolum.

Amos.8. Et conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum, & o-
mnia cantica in planctum.

Mich.6. Nunquid placari poteſt dominus in milibus Arie-
tum, aut in multis milibus Hircorum.

Coloſ.2. Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in
&.3. parte feſti diei aut neomeniæ aut ſabatorum.

Mich.1. Et omnes mendaces eius comburentur igne, & o-
mnia idola eius ponam. &c.

Mala.2. Maledicam benedictionibus ueſtris. Ecce ego pro-
ijciam brachium uobis, & diſpergam ſuper uultum
ueſtrum ſtercus ſolennitatum ueſtrarum &c.

Iohel.2. Conuertimini ad me in toto corde cũ ieiunio, &
in fletu, & in planctu. & ſcindite corda ueſtra, &
non ueſtimenta ueſtra.

Mala.1. Vos o ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, &
dixiſtis, in quo deſpexerimus nomen tuum, Offertis
ſuper altare meũ panem pollutũ, & cæcũ ad immo-
landum

landum, per totum Caput.

Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes. Hiere. 7.
Templum domini, Templū domini, Templū domini.

Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat uirum, Eſai. 66.
Qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat, Qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in uijs ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.

Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & ſeptimo, per hos ſeptuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi, &c. Zach. 7.

Cum ieiunauerint, non exaudiam præces eorum, & ſi obtulerint holocauſtomata, & uictimas non ſuſcipiam ea &c. Hiere. 4. & 14.

Miſericordiam uolui, & iudicia, & non ſacrificium, & ſcientia dei plus quàm holocauſta. Oſeæ. 6. Math. 9. & 2.
Galat. 4. Matth. 24. Mar. 13. Lucæ. 21.

## HYPOCRITIS.

PRopheta docens mendatiū, ipſe eſt cauda, quia omnis hypocrita eſt nequam, & uniuerſum os locutum eſt ſtulticiam. Eſa. 9.

Ne acceſſeris ad illum duplici corde, ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Eccle. 1.

Non enim ueniet in conſpectu eius omnis hypocrita. Et ſpes hypocritæ peribit. Iob. 8. 13.

Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire uias Eſa. 58.

*meas uolunt,quaſi gens,quæ iuſticiam faciat.*

Math.6. *Attendite, ne iuſticiam ueſtram faciatis coram hominibus,ut uideamini &c.*

Matt.7. *Non omnis qui dicit mihi,Domine,Domine, intrabit in regnum, ſed qui fecerit uoluntatem patris mei.*

Iob.20. *Laus impiorum breuis ſit,& gaudium hypocritæ ad inſtar puncti*

Eſa. 32. *Stultus enim fatua loquetur,& cor eius faciet iniquitatem,ut perficiat ſimulationem.*

Matt.7. *Attendite à falſis prophetis,qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Eſa. 22. *Quid tu hic,aut quaſi quis hic, Quia excidiſti tibi hic ſepulchrum,excidiſti in excelſo memoriale diligenter.Impetra tabernaculum.*

Hiere .5. *Domine,oculi tui fidem reſpiciunt.*

Matt.16. *Attendite, & cauete à fermento Phariſæorum.*

Mar.8. *Videte,& cauete à fermento phariſæorum,& Herodis.*

1.Tim.4. *In hypocriſi loquentium mendacium,& cauteriatam habentium conſcientiam.*

Luc.12. *Attendite à fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis.*

Iob. 27. *Quæ eſt enim ſpes Hypocritæ, ſi auare rapiat,*

*& nõ*

& non liberet deus animam eius. Nunquid deus audiet clamorem eius, cum uenerit ſuper eum anguſtia. Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deum omni tempore.

Contriti ſunt in Zion peccatores, poſſedit tremor hypocritas &c. Eſai. 33.

## DE ADVLTERIO ET SCORTATIONE.

SAturaui eos, & mechati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur, Hiere. 5.

Nolite errare, neq; fornicari, neq; adulteri, neque idolis ſeruientes, neq; molles, neq; rapaces, regnum dei poſſidebunt. 1. Cor. 6.

Ero teſtis uelox, maleficis, adulteris, & periuris. Malac. 3.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis. Omnis fornicator, aut auarus, aut immundus, non habet hæreditatē in regno Chriſti Ieſu. Ephe. 5.

Abſtineatis uos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum uas ſuum poſſidere, in ſanctificatione & honore. 1. Theſ. 4

Lex impijs fornicarijs maſculorum concubitoribus poſita eſt. 1. Tim. 1.

Ne quis fornicator, aut prophanus, ut Eſau, qui propter unā eſcam uendidit ius primogeniti. Hebr. 12.

Mortificate membra ueſtra, quæ ſunt ſuper terrā, Coloſ. 3.

fornica-

ſornicationem,immunditiam,libidinem, concupiſcentiam malam &c.

Heb.13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus &c.

Exo. 20. Non committes adulterium.

Matth.5. Lucæ.16. Mar.10. Quicunq; aſpexerit uxorem alterius, ad concupiſcendum eam, iam adulterium commiſit cum ea in corde ſuo &c.

2.Pet.2. Oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti.

1.Cor.5. Si is qui fraterno minatur inter uos, fornicator, aut auarus, rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumite.

## DE AVARITIA ET AVARIS.

Eſa.5. VAe, qui coniungitis domum ad domũ, & agrũ agro copulatis, uſq; ad terminum loci.

Pro.10. Auaro nihil ſceleſtius, nihil eſt iniquius, quàm amare.

Mar.10. Quàm difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum.

Eccleſiaſtes.4. Et tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs.1.Cor.5.

Heb.13. Sint mores, ſine auaritia, contenti præſentibus.

Pro.15. Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam.

Hier.22. Væ, qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cænacula ſua non in iudicio &c.

Hier.4. A minore quippe uſq; ad maiorem omnes auaritiæ

tiæ ſtudent, & à propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti fecerunt dolum.

Væ, qui congregat auariciam malam domui ſuæ Abac. 2.

Beatius eſt dare, quàm accipere. Act. 19.

Et pecuniæ obediunt omnia. Eccle. 5.

Radix omniũ enim malorũ eſt cupiditas, & ſtudium pecuniarum. 1. Tim. 5.

Omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in uobis, omnis auarus non habet hæreditatẽ in regno Chriſti Ieſu. Auaritia quod eſt idolorũ ſeruitus. Ephe. 5. Coloſ. 3.

Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Eccleſiaſtes. 5.

Cor exercitatum in auaritia, habentes maledictiones fidei. 2. Pet. 2.

Omnes in uiam ſuam declinauerunt, unuſquiſq; ad auaritiam ſuam, à ſummo uſq; ad nouiſſimum. Eſa. 56.

Oculi & cor ad auaritiam, & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam. Hier. 22.

Auaritia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum in gladio interficiam. Amos. 9.

Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſq; uita eius eſt, quæ poſſidet. Lucæ. 12.

Prouer. 28. Exodi. 18. Eſaiæ. 33.

Quid prodeſt homini lucri facere totum mundũ, ſe autem ipſum perdere. Lucæ. 9.

Non poteſtis deo, & mammone ſeruire. Math. 6.

Pſal.14. QVi pecuniam ſuam ad uſuram non dedit, & munera ſuper innocentes non accepit.

Deut.16. Nec accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant uerba iuſtorum.

Pro. 17. Munera de ſinu ipſius accipit, ut peruertat ſemitas Iudicij.

Pſal. 71. Dextera eorum plena eſt muneribus.

Deu. 27 Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis.

1. Reg. 8. Declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntq; munera, & peruertunt iudicium.

1. Re. 12. Si quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquẽ ſi de manu cuiuſq; munus accepi, & contemnam illud, & hodie reſtituam uobis.

Iob. 15. Et ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

Prou. 15. Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam, qui autem odit munera, uiuet.

Eſa. 1. Omnes diligũt munera, ſequuntur tribulationes.

Eſaiæ. 5. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufferetis ab eo.

Amos. 5. Holocauſtomata & munera ueſtra non ſuſcipiam.

Mich. 3. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes

cerdotes eius in mercede docebant.

Exodi.23.Prouer.17.&.21.

PATRIBVS NON IN OMNIBVS SECTANDI.

SApientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſi- lium inſipiens. Eſai.19.

Vere mendatium poſſiderunt patres noſtri, uani- tas eis non profuit. Hier.16.

Ne ſitis ſicut patres ueſtri, ad quos clamabunt pro- phetæ priores dicentes. Zach.1.

In præceptis patrum ueſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis. Ezec.20.

Nolite indurare ceruices ueſtras. ſicut prēs ueſtri. 2.Par.30

Nolite obdurare corda ueſtra, ſicut in irritatione, ſecundum diem tentationis in deſerto &c. & dixi hij errant corde. Pſal.94.

Nolite fieri ſicut patres ueſtri, & fratres, qui re- ceſſerunt à domino deo patrum ſuorum. 2.Par.30

CONSVETVDINIBVS NON OBSEQVENDVM.

VSque in præſentem diem morem ſequuntur antiquum, non timent dominum, neq; cu- ſtodiunt Ceremonias. Atque iudicia & legem, & mandatum, quod præceperat dominus filijs Iacob, quem cognominauit Iſrael &c. 4.Re.17.

Leuit.18. Iuxta conſuetudinem terræ Aegypti, in qua habitaſtis, non facietis, & iuxta morem regionis Chanaam, non agetis, nec in legittimis eorum ambulabitis, facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis.

4.Re.17. Ille uero non audierunt, ſed iuxta conſuetudinem ſuam priſcinam perpetrabant: fuerunt igitur gentes iſtæ timentes dominum, ſed nihilominus & idolis ſuis ſeruientes.

## ADVERSARIIS QVOMODO RESISTENDVM.

2.Par.20 IOſaphat terrore perterritus, propter copiam militum, quod aduentauerant, Confugit ad dominũ in deprecatione, ut eriperet eum ex manu hoſttum.

1.Mach.11 Ionathas frater eius orat, ut triumpharet.

2.Mac.15 Iudas Machabeus cum hoſtibus comiſſurus orat, & adeptus eſt uictoriam.

Ezechias percipiens conuicia Senecharib, & tumultum ingentem deprecatus eſt ad dominum, & uicit.

Iudith.8. Iudith deprecata eſt ad dominum, deprecationibus & fletu, & ieiunio, & liberauit à tyrannide Holifernis ciuitatem.

## APOSTOLI MINISTRI ET NON DOMINI.

1.Cor.3. MIniſtri eius, cui credidiſtis, & unicuiq; ſicut dominus

dominus dedit, dei enim ſumus adiutores.

Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum 2. Cor. 4.
Chriſtum dominum noſtrum. Nos autem ſeruos ue-
ſtros, per Ieſum.

Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut 2. Cor. 6.
dei miniſtros.

Attendite igitur uobis, & cuncto gregi, in quo Actu. 20.
uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, ad regendum
Eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Paſcite, quantum in uobis eſt, gregem Chriſti; cu= 1. Pet. 5.
ram illius agentes, non coacte, neq; ceu dominum ex-
ercentes cleros, ſed ſic, ut ſitis exemplaria gregis.

Qui idoneos fecit nos miniſtros noui teſtamenti, 2. Cor. 3.
non litteræ, ſed ſpiritus.

Sic nos æſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſ- 1. Cor. 4.
penſatores myſteriorum dei.

Cuius Euangelij factus ſum miniſter, ego Paulus. Coloſ. 1.

Comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu, per Epheſ. 3.
Euangelium, cuius factus ſum ego miniſter, ſecun=
dum donum gratiæ dei.

Non quod dominemur fidei ueſtræ, ſed gaudium 2. Cor. 1.
ueſtrum principes tantum adiuuamus.

Principes gentium dominentur illis &c. Non ita Mat. 20.
erit inter uos. Sed quicunq; uoluerit inter uos primus
eſſe, ſit ueſter ſeruus, & qui uoluerit inter uos mag-
nus fieri, ſit ueſter miniſter.

Luc. 22. Qui maior eſt in uobis, fiat ſicut iunior, & qui princeps eſt ſicut, qui miniſtrat.

Mar. 10. Quicunq; uoluerit ex uobis fieri magnus inter uos, erit miniſter ueſter.

## APOSTOLORVM OFFICIVM.

Matt. 10. EVntes autem, prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnum cœlorum, id eſt, Communio ſanctorum, uel credentium, quæ hic incipit, alibi conſumatur.

Mar. 3. Et fecit, ut eſſent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicere.

Matt. 28. Euntes ergo, & docete omnes gentes. Baptizantes eos, in nomine patris &c. docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui uobis.

Mar. 16. Euntes in uniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ &c.

Lu. 6. 10. & ulti. Et miſit illos prædicare regnum dei. Ite. Ecce ego mitto uos, ſicut agnos inter lupos.

2. Petri. 1 Nō enim uolūtate hominis allata eſt olim prophetia, ſed à ſpū ſancto impulſi, locuti ſunt ſancti hoīes.

Ioan. 15. Spiritus ueritatis teſtimonium prohibebit de me. Quin & uos teſtes eſtis, quia ab initio mecum eſtis.

Act. 1. Sed accipietis uirtutē ſuperueniētis ſpūs ſancti in uos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalē & omni Iudea.

Ioan. 20. Sicut me miſit pater, ita & ego mitto uos. Et ſcimus, quod uerū eſt teſtimoniū eius. Paſce oues meas.

Cœli

Cœli enarrant gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Pſal. 18.

APOSTOLVS VINCTVS CHRISTI.

HVius rei gratia, ego Paulus uinctus Ieſu Chriſti (id eſt, non Neronis Cæſaris) pro uobis gentibus. Obſecro itaq; uos, ego uinctus domino. Epheſ. 3. & . 4.

Noli itaq; erubeſcere teſtimoniũ domini noſtri Ieſu Chriſti, neq; me uinctum eius. 1. Tim. 1.

Orantes ſimul pro nobis, ut deus nobis aperiat oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti, propter quod etiam uinctus ſum. Sic omnes boni Chriſtiani, ſyncero ac candido animo Chriſtũ profitentes, cũ coniecti in uincula fuerint ob uerbum dei uincti ſunt domino. Sic etiam ad Philemonem. Coloſ. 4.

Paulus uinctus Chriſti Ieſu. Ad Philemon.

APOSTOLVS NEMINI ONEROSVS FVIT, SIC NVLLVS ONERET ECCLESIAM

NOn oneroſus fui cuiquam. Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres. 2. Cor. 11.

Ipſe non grauaui uos uerum cum eſſem. 2. Cor. 12.

Nocte enim ac die opus facientes ob id, ne cui ueſtrum eſſemus oneri. 1. Theſ. 2

Neq; gratis panem accipimus à quoquam, Sed cum labore & ſudore, nocte, dieq; facientes opus, ad hoc, ne cui ueſtrum eſſemus oneri. 2. Theſ. 3

1.Theſ.2. Cũ poſſemus uobis oneri eſſe, ut Chriſti Apoſtoli.

Act. 20. Argentum & aurum, aut ueſtem nullius concupi ui, immo ipſi ſcitis, quod neceſſitatibus meis, & his qui mecum ſunt, ſuppeditarunt manus hæ.

## HVMILES RESPICIT DEVS.

1.Reg. 15. Nunquid cum paruulus eſſes in oculis tuis, id eſt, humilis, factus es caput Tribubus Iſrael.

1.Reg. 16 Ne reſpicias uultum eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius. Quoniam abieci eum.

Pſal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ tuam.

Pſal. 13. Conſilium inopis confudiſtis. Quoniam dominus ſpes eius.

Eſa. 57. Cum contritu & humili ſpiritu, ut uiuificet ſpũm humilium, & uiuificet cor contritorum.

Pſal. 33. Iuxta dominus eſt his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſunt ſpiritu.

Eſa. 66. Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementes ſermones meos?

Matt. 11. Confitebor tibi pater, quia hæc abſcondiſti à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis.

Lucæ. 10. Quoniam tu populum humilem facies ſaluum, & oculos ſuperborum humiliabis.

Pſal. 17. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Conſule priorem Corinth. epiſtolam, prim. caput.

## DE ADVLATIONE.

Melius

Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. Eccle. 7.

Popule meus qui te beatũ dicunt, ipſi te decipiũt. Eſa. 3.

Ne ſimul tradas me cum peccatoribus, qui loquuntur pacem proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eorũ. Pſal. 27.

Ne cito dimoueamini à mente, neq; per ſermonẽ neq; per epiſtolam. 2. Theſ. 2

Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, nec acquieſcas eis, ſi dixerint ueni nobiſcum. Prouer. 1.

Iudas Iſcariotes perdidit oſculo ſuo filium dei altiſſimi. Luc. 22.

Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Pro. 18.

Neq; enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt. 1. Theſ. 2.

## DAMNATIO PER PLVRES FIAT.

Homicida ſub teſtibus punietur, ad unius teſtimonium nullus condemnabitur. Num. 35.

In ore duorum aut trium teſtium, peribit, qui interficietur, nemo occidatur, uno contra ſe dicente teſtimonium. Deut. 17.

Non ſuſcipies uocem mendacij, nec iunges manũ tuam, ut pro impio dices falſum teſtimonium. Exo. 23.

Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid Deut. 19.

illud peccati, & facinoris fuerit,ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne uerbum.

2.Cor.13 In ore duorum aut trium teſtiũ,conſtituetur omne uerbum.

Ioan.8. In lege ueſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominũ

Deut.7. teſtimonium uerum eſt.

Exo.20. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Deut.5. Neq; loquaris contra proximum tuum falſum.

Prou.15. Iaculum & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonum.

## ASTROLOGIS NIHIL CREDENDVM.

Leui.19. NOn augurabimini, nec obſeruetis ſomnia.

Deut.18. Ne inueniatur, qui hariolos ſciſcitetur, & obſeruet auguria, & ſomnia.

Eccle.34. Somnia extollunt imprudentes, quaſi qui apprehendet umbram, & perſequitur uentum.

Leuit.20 Diuinabo erroris, & auguria, & ſomnia maleſacientium uanitas eſt.

Act.1. Non eſt ueſtrum noſſe tempora, & mom͞eta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

Eccl.34 Multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis.

Iob.38. Nunquid noſti ordinem, & pones rationem eius in terra.

*Videte, ne quis ſit, qui uos deprædetur, iuxta ele= menta mundi, & non iuxta Chriſtum,* Coloſ. 2.

*Chriſtus prohibuit, ne diei craſtini haberemus ra/ tionem, ſed dicit, ſufficit diei malicia ſua.* Matt. 6.

*Mortuus eſt ergo Saul, propter iniquitates ſuas &c. ſed inſuper etiam phythoniſſam conſulerit, nec ſperauerit in domino.* 1. Re. 28 1. Par. 10.

*Deut. 4. Leuit. 30. Deut. 19. Hiere. 10. Eccleſiaſt. 3.*

DEO OMNIA POSSIBILIA.

SI *uidebitur difficile in oculis reliquiarum popu/ li huius, in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus.* Zach. 8.

*Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum au/ tem omnia poſſibilia ſunt.* Matt. 19.

*Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud deū.* Mar. 10.

*Non eſt difficile ſaluare, uel in multis, uel in paucis.* 1. Reg. 14

*Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia apud deum.* Lucæ. 18.

*Nunquid mihi difficile erit omne uerbū, non erit tibi difficile omne uerbum.* Hier. 32.

*Quia non erit impoſſibile apud dominum omne uerbum.* Lucæ. 1.

RESPECTVS PERSONARVM.

DEus *magnus & potens, & terribilis. Qui per ſonam non accipit, nec munera.* Deut. 10.

Qui

Iob. 34. Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrannum, cum diſceptaret contra pauperem.

Act. 10. In ueritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor deus. Sapien. 6. Eccleſiaſtes. 35.

Rom. 10. Non eſt diſtinctio, uel Iudei, uel Græci, nam idem dominus omnium, diues in omnes inuocantes ſe &c.

Gal. 6. In domino Ieſu, neq; circumciſio quicquàm ualet, neq; preputium. ſed noua creatura.

Rom. 2. Et perſonarum acceptio non eſt apud dominum.

Ephe. 6. 1. Pet. 1. Coloſ 3. Galat. 2. Eccle. 35:

## ANGELVM BONVM HABET CHRISTIANVS.

Gene. 19. VEneruntq; duo angeli Sodomam, ueſpere, ſedente Lot in foribus.

Exod. 4. Tollensq; ſe angelus domini. qui præcedebat caſtra Iſrael, abijt poſt eos.

Pſal. 90. Quoniam angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis.

Pſal. 33. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Hebre. 1. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ig-
Pſal. 103. nem urentem.

Matt. 18. Angeli eorum ſemper uident faciem patris.

De tribus pueris Danielis. 3. cap. & in Zacharia, & in libro Iudicum, frequenter officium angelorum memoratur, & in pſalmo. 103. & angelus Petri.

Aſtutia

## ASTVTIA.

Astutus agit omnia cum conſilio. Prou. 12.

Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam. Prou. 19.

Aſtutus conſiderat greſſus ſuos. Prou. 14.

Ante omnem actum conſilium ſtabile. Eccle. 37

Cũ extraneo ne facies cõſiliũ, neſcis quid pariet. Eccle. 8.

Dixiſſet. Non concupiſces. Deut. 5.

## BAPTISMVS SPIRITVALIS.

Si abluerit dominus ſordes filrarum Zion, & ſanguinem Hieruſalem lauaret de medio eius, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Eſa. 4.

Baptiſma non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ. 1. Petri. 3.

Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Act. 1.

Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto, & igne. Matth. 3.

Ego quidem aqua baptizo uos, ſed ueniet fortior me, ipſe uos baptizabit ſpiritu ſancto, & igne.

Ioannes quidem baptizauit aqua, cæterum uos baptizabimini ſpiritu ſancto. Vide 4. Reg. 5. Act. 11.

Laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Pſal. 50.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum dei. Ioann. 3.

## BLASPHEMANTIBVS VERBVM NON LOQVERIS.

In auribus

Prou.23. IN auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpiciunt doctrinam eloquij tui.

genitum daret,ut omnis qui credit in eum,non pere-
at,ſed habeat uitam æternam.

Ioann. 3. Qui in eum credit,non condemnatur.

Ioann. 5. Amen amen dico uobis,qui ſermonem meum au-
dit,& credit ei qui miſit me,habet uitam æternam.

2.Par.14 Domine,non eſt apud te ulla diſtantia, utrum in

paucis

paucis auxilieris, aut in pluribus: adiuua nos domine deus noſter. In te enim, & in nomine tuo habentes fiduciam, uenimus contra hanc multitudinem.

## FIDES COMMENDATVR.

SPonſabo te mihi in fide, & in iuſticia: & dormire faciam eos fiducialiter. Oſeæ. 2.

Propterea & ego audiens fidem ueſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Ephеſ. 1.

Ad confirmandos uos, & exhortandos pro fide ueſtra, ut nemo moueatur. 1. Theſ. 3.

In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis &c. Ephe. 6.

Quàm ob rem increpa illos dure, ut ſani ſint in fide Titum. 3.

Audientes fidem ueſtram in Chriſto Ieſu. Coloſ. 1.

Gaudens ac uidens ordinem ueſtrum, & firmamentum, quæ eſt in Chriſto Ieſu fidei ueſtræ. Coloſ. 2.

Vt probatio ueſtræ fidei multo præcioſior ſit auro, Reportantes finem fidei ueſtræ ſalutem animarum ueſtrarum. 1, Petri 1.

Quam ob rem increpa illos, ut ſani ſint in fide, Coloſ. 1. Titum. 3.

## FIDES, SPES, CHARITAS.

CHaritas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non eſt procax, non inflatur, non 1. Cor. 13.

eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt &c.

1.Petri.1. Et dedit ei gloriã, ut fides ueſtra, & ſpes in deo, in obedientia charitatis.

1.Theſ.5. Induti loricã fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.

## CHRISTVS FVNDAMENTVM.

1.Cor.3. FVndamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus.

Rom. 15. Si autem prædicaui Euangelium hoc, non ubi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentũ ædificarem.

1.Petri.2 Propter quod continet ſcriptura. Ecce ponam in Zion lapidem ſummum, angularem, probatum, electum, præcioſum.

Eſa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Zion lapidem probatum, electum, præcioſum.

## VSVRA NON ACCIPIATVR A QVOQVE.

Deut. 23. NOn fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno, fratri autem tuo abſq; uſura, id quo indiget accommodabis.

Leuit.25. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, ne accipias uſuras ab eo, nec amplius quã dediſti.

Deut.15. Dabis mutuum, quo enim indigere perſpexeris, nec ages quippiam callide in eius neceſſitatibus ſubleuandis.

Pecuniam

Pecuniam tuam non dabis ad uſuram, & frugum ſuper abundantiam non exiges. Leuit. 25.

Vſuras ne ſinguli à fratribus ueſtris exigitis, como dauimus plurimis pecuniam, & frumentum non repetamini in commune, iſtud Aes alienũ concedamus, quod debetur uobis. 2. Eſdr. 5.

Non obdurabis cor tuum, ne contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum. Deut. 15.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes. Exo. 22.

Qui pecuniam ſuam ad uſuram non dedit, & munera ſuper innocentes non accepit. Pſal. 14.

## FIDELES TEMPLVM DEI.

AN neſcitis, quoniam membra ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in uobis eſt. 1. Cor. 6.

In quo & uos coædificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto. Ephe. 2.

Neſcitis, quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis autẽ templũ dei uiolauerit, diſperdet illum deus: Templum enim dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. 1. Cor. 3.

Chriſtus uere tanquã filius domo ſua, quæ domus nos fiduciam & gloriam ſpei uſq; finem firmam retineamus. Hebre. 3.

Vos enim eſtis templum dei uiui, ſicut dicit dominus. 2. Cor. 6.

minus. Quoniam inhabitabo in illis.

## FIDELES EGERE NON POSSVNT.

Pſal. 36. Iunior fui etenim, ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

Prou. 10. Non affliget dominus fame animam iuſti hominis. Et benedictio domini diuites facit.

Lucæ. 18. Amen dico uobis, nemo eſt qui relinquit domum, aut parentes &c. propter regnum dei, qui non recepturus ſit multo plura in hoc tempore, & in ſæculo uenturo uitam æternam.

Marc. 10. Quin recipiat centupla nunc in tempore hoc.

3. Reg. 17 Helias Thesbytes à coruis paſcitur, & poſtea à muliere Sareptana ſuſcipitur cum farina &c. Et exemplo eſt nobis Ioſeph.

3. Reg. 19 Helias ab angelo domini paſcitur.

## FIDELES COHAEREDES, ET FRATRES CHRISTI.

Rom. 8. QVicunq; enim ſpiritu dei aguntur, hij ſunt filij dei, ſi autē filij dei, & hæredes, hæres quidem dei, cohæredes autem Chriſti.

Pſal. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis.

Eſai. 61. Vos autem ſacerdotes domini uocabimini miniſtri dei, dicetur uobis.

Epheſ. 3. Gentes eſſe cohæredes & concorporales, & conparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu.

Vos

Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes annunciétis eius &c. 1. Pet. 2.

Chariſſimi nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. 1. Ioan. 3.

Et prophetabũt filij ueſtri, & filiæ ueſtræ &c. Et quidem ſuper ſeruos meos, & prophetabunt. Iohel. 2. Actu. 2.

Iuſtificati gratia ipſius hæredes ſumus, ſecundum ſpem uitæ æternæ. Titum. 3.

Quod ſi filius hæres per deum, quoniam autẽ eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda ueſtra, clamantem, abba pater. Galat. 4.

## DEVS MENTIRI NESCIT.

SI negauerimus, & ille negabit nos, ſi non credimus, ille fidelis ꝑmanet, negare ſeipſum nõ põt. 2. Tim. 2.

Impoſſibibe eſt mentiri deum fortiſſimum, & fidelis eſt enim qui repromiſit. Hebr. 6. & 10.

Fidelis autem deus eſt, qui confirmabit uos, & cuſtodiet à malo. 2. The. 3.

Deus fidelis, & abſq; ulla iniquitate, iuſtus & rectus. Deut. 32.

Fidelis dominus in omnibus uerbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Pſal. 144

Secundũ pietatem eſt in ſpem uitæ æternæ quam promiſit, qui non mentitur. Deus autẽ ipſe ante tempora manifeſtauit temporibus ſuis uerbum ſuum. Titum. 1.

## FIDELIS NON DERELIN- QVITVR.

Pro.24. SEpties in die cadit iuſtus, & reſurget: Impij autem corruent in malum.

Pſal.144. Alleuat dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes eliſos, cuſtodit dominus omnes diligentes ſe.

Iob.4. Recordare obſecro te, quis enim unquam innocēs, perijt, aut quando recti deleti ſunt.

Pſal.36. Quoniam brachia peccatorum contererentur, confirmat autem iuſtos dominus.

Pſal.36. Cum cæciderit, non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam.

## DIVITIAE IN SE SPERANTES, FALLVNT.

Pſal. 51. SEd ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in uanitate ſua.

Proue.11. Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet.

Pſal. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Prou. 31. Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. ſi lætatus ſum ſuper diuitijs meis.

Eccle.5. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, non enim proderunt tibi.

1.Tim. 6. Diuitibus huius ſæculi præcipe, neq; ſperare incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo.

Prou. 13. Non inueniet fraudulentus lucrum, & ſubſtantia hominis erit auri præcium.

Væ

*Væ uobis qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ.* Amos. 6.

*Quàm difficile, qui fiduciam habent in pecunijs, intrare in regnum cœlorum.* Luc. 18.

*Væ qui coniungitis domum ad domum, agrum ad agrum.* Eſaiæ. 5.

*Vbi multæ opes, multi & qui comedunt eas.* Ecclesi.

*Diues cum dormierit, nihil ſecum aufferet.* Iob. 27.

*Ne timueris cum diues factus fuerit homo.* Pſal. 48.

*Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* Eccle. 5.

*Simul inſipiens & ſtultus peribunt. & relinquent alienis diuitias ſuas.* Pſal. 48.

*Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, & ueſtimenta ueſtra à tineis comeſta ſunt.* Iacobi. 5.

*Ne dicas, quid eſt mihi opus, & erũt mihi ex hoc bona? ne dicas, ſufficiens mihi ſum.* Eccle. 11.

*Noli æmulari in eo qui proſperatur in uia ſua, in homine faciente.* Pſal. 36.

*Quàm difficile eſt diuitem intrare in regnum.* Matt. 19.

*Theſaurizat, & ignorat cui congregat ea.* Pſal. 38.

*Qui confidunt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.* Pſal. 48

## FAMA BONA CVSTODIENDA.

*Melius eſt nomen bonũ, quàm diuitiæ multæ.* Prou. 22.

*Curam habe de bono nomine, hoc enim ma-* Eccle. 41.

gis permanebit tibi.

Prou.15. Lux oculorum lætificat animam, ſama bona impinguat oſſa.

Philip.4. Quæcunq; pura, quæcunq; accomoda, quæcunq; boni nominis &c.

## QVAESTIONES STVLTAE VITENTVR.

1.Tim.1. NEq; intenderēt ſabulis & genealogijs interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quàm (ædificant.

Titum.1. Non intendentes Iudaicis ſabulis, & mandatis hominū aduerſantium a ueritate.

1.Tim.4. Ineptas autem & inanes ſabulas deuita.

2.Petri.1. Non enim indoctas ſabulas ſecuti.

Titum.3. Stultas autē quæſtiones, & contentiones, & pugnas legis deuita. ſunt enim inutiles & uanæ.

Rom.16. Rogo autem uos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſſcenſiones, offendicula præter doctrinam quam didiciſtis, faciunt, declinate ab illis.

1.Tim.6. Deuitans prophanas uocum nouitates, & appoſitiones falſi nominis ſcientiæ.

2.Tim.2 Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens generat lites.

Pro. 20. Honor homini eſt, qui ſeparat ſe a cōtentionibus, omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs.

## VERBI DEI FRVCTVS.

Prou. 1. AD ſciendam ſapientiam & diſciplinam, & ad intellig-

ad intelligenda uerba prudentiæ, & ſuſcipiendā eru-ditionem.

Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſe-mitis meis. Pſal. 118.

Nunquid nō ſapientia clamitat, & prudentia dat uocem ſuam: O uiri ad uos clamito, & ueritatem me ditabitur guttur meum. Prouc. 8.

Aſſumite gladium, quod eſt uerbum dei. Ephe. 6.

## GLORIA DEI ALTERI NON DATVR.

GLoriam meam alteri non dabo, & laudē me-am ſculptilibus. Eſa. 42

Sed timui ne honorem dei mei transferrem ad ho-minem, & ne quicquam adorarem, excepto deo meo. Heſter 13.

Propter me faciam ut non blaſphemur, & glo-riam meam alteri non dabo, ego ipſe. Ego primus & nouiſſimus. Eſa. 48.

## GAVDIVM CHRISTIANORVM.

DOcti qui fuerint fulgebunt quaſi ſplendor fir-mamenti. Dani. 12.

Oculus non uidit, nec auris audiuit, quæ dominus præparauit diligentibus ſe. 1. Cor. 2.

Triſticia ueſtra uertetur in gaudium. Ioann. 15.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Pſal. 30.

Erit tibi dominus in lucem ſempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. Eſai. 60.

Eſa. 64 Oculus non uidit deus abſq; te, quæ præparaſti ex pectantibus te.

Matt. 19. Amen amen dico uobis, quod uos qui me ſecuti eſtis, centuplum recipietis in futuro ſæculo.

Apoc. 2. Vincenti dabo edere ex manna abſcondito, & dabo illi calcalum candidum.

Matt. 25. Venite benedicti patris mei in regnum, quod paratum eſt ab initio mundi.

Eſa. 40. Ecce dominus deus in fortitudine uenit, & brachium eius dominabitur.

Matt. 25. Prudentes uirgines ſuas lampades paratas habentes, media nocte intromiſſæ ſunt.

Eſaiæ. 51. Et nunc qui redempti ſunt à domino, reuertentur, & uenient in Sion laudantes, & læticia ſempiterna ſuper capita eorum.

Matt. 13. Iuſti fulgebunt quaſi ſol.

## GRATIAE CAPACES.

Matth. 5. BEati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, quoniā ipſi ſaturabuntur.

Pſal. 106. Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis.

Eſaiæ. 9. Sedentes in tenebris, & in umbra mortis: uinctos in mendicitate & ferro.

Ioan. 7. Si quis ſitit, ueniat & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.

Omnes

Omnes ſitientes uenite ad aquas, & qui non ha- betis argentum, properate, emite abſq; auro. Eſai. 53.

In tribulatione murmuris doctrina tua eis. Eſa. 28.

Beati qui non uiderunt & crediderunt. Io. 20. 21

## IN CHRISTIANOS NON GRASSANDVM.

QVi enim tetigerit uos, tanget pupillam oculi mei. Zach. 2.

Et omnes qui te uaſtant uaſtabuntur, cunctoſq; prædatores dabo in prædam. Hier. 30.

Quicquid feciſti uni ex minimis, mihi feciſti. Mat. 25.

Et ego ero ei, ait dominus, murus, ignis in circui- tu, & in gloria ero in medio eius, Zach. 2.

Qui minimum ex his ſcandalizauerit, melius ut ſuſpendatur. Matt. 18.

Omnes qui deuorant eum, delinquent mala, ueni- ent ſuper eos. Hiere. 2.

Væ qui prædaris, nonne & ipſe deprædaberis? Eſai. 33.

Qui autem uos conturbat, portabit iudicium ſuū. Galat. 5.

## GLADII SECVLARIS VSVS.

Conuerte gladium in locum ſuum, omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matt. 26.

Quicunq; effuderit ſanguinem humanum, funde- tur ſanguis illius. Gene. 9.

Cunq; diligentiſſime perſcrutantes, & inuene- rint teſtem falſum, reddent ei ſicut fratri, cogitauit, Deut. 19.

Deut. 13. & auſſeres malum de medio tui.

Apoc. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eũ gladio occidi.

Exo. 21. Qui percuſſerit hominem, uolens occiderit, morte moriatur.

1. Tim. 1. Iuſto non eſt lex poſita, ſed impio.

Exodi. Dentem pro dente.

Ius gladij ſæcularis. Apoſtolus gladium ſæcularem laudat, & gentium gladium geſtarunt Nahaman, Syrus, Nabuchodonoſor, & Iſraelitæ, Daniel, & alij inter Aſſyrios. Certe gentiũ gladiũ geſſit præſidiũ Romanũ, Iudeæ impoſitum. Et probauit Ioannes Lucæ. 3. Eſtote contenti ſtipendijs ueſtris, & quod iuſtũ eſt facite geſſere: & Cornelius, Act. 10. & Sergius procos., Actũ. 13. Deut. 24.

Lucæ. 3. Actu. 10. Actu. 13.

## CHRISTIANVS SALVTIS SVAE SIT CERTVS.

Zach. 14. ET habitabũt in ea, et anathema nõ erit amplius.

Hiere. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, uult cognoſci uoluntatem ſuam deus, uult gloriari nos de uoluntate ſua.

1. Cor. 1.

Actuũ. 2. Vobis enim facta eſt repromiſſio, & filijs ueſtris, & omnibus qui longe ſunt, quoſcũq; aduocauerit dominus deus noſter.

Eſai. 45. Iſrael ſaluatus eſt in domino ſalute æterna.

2. Tim. 1. Noui enim, certuſq; ſum, quod is cui credidi, ſit potens depoſitum meum cuſtodire.

Rom. 8. Spũs teſtatur unà cũ ſpũ noſtro, q̃d ſimus filij dei.

Scientes enim fratres dilecti,electionem ueſtram, quia euangelium noſtrum non fuit. 1,Theſ.1.

Noli timere,qa redemi te,& uocaui te in noīe tuo. Eſai. 43.

Conſule quartū cap. Pauli ad Roma. huiuſmodi diuinis promiſſionibus plenū. Chriſtianiſmus uerus, qui de miſericordia dei certus ſit,Rom.12.Vt diſcatis quæ ſit uoluntas dei bona perfecta &c. Rom. 4. Roma.5.

## HII LOCI VIDENTVR PVGNARE CVM PRAECEDENTIBVS.

QVis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ. Ionæ. 2. Iohel. 2.

Neſcit homo utrū amore uel odio dignus ſit.Conſule Philip.Melancth.in locis cōmunibus ſuper hunc locum,de charitate & ſpe. Eccle. 8.

Indicabo tibi,o homo,quid ſit bonum,& quid dominus requirat à te &c. Mich. 6.

## HOMO AD IMAGINEM DEI CREATVS.

ET creauit deus hominē ad imaginē ſuā,ad imaginem dei creauit illum,maſculū & feminam. Geneſ.1.

Deus creauit de terra hominem,& ſecundū imaginem ſuam fecit illum. Eccl. 17.

Ad imaginem quippe dei factus eſt homo. Gene. 9.

Quoniam deus creauit hominem, & ſecundum imaginem ſuam ficit illum. Sapiē.2.

Homines qui ad imaginē & ſimilitudinē dei facti ſunt. Iacobi. 3.

Induentes

Coloſ.3. *Induentes nouum eum qui renouatur in agnitione dei, ſecundum imaginem eius, qui creauit eum.*

Gene. 4. *Poſſedi hominem per deum.*

## HIERVSALEM COELESTIS DESCRIPTIO.

Hebr. 11. *EXpectabat enim fundamenta, habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor deus.*

Apoca.3. *Et ſcribam ſuper eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei, nouæ Hieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à deo meo, & nomen meum nouum.*

Eſai. 33. *Oculi tui uidebunt Hieruſalem opulentam, tabernaculum nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia ſolũmodo ibi magnificus dominus deus noſter,*

Apoc. 21. *Vidi ciuitatem ſanctam nouam deſcendentem de cœlo, à deo paratam, ſicut ſponſam ornatã uiro ſuo.*

Hiere.33 *Non interibit de Dauid uir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael.*

## IVSTICIA EX FIDE.

Galat. 2. *SCientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, propter quod ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro. Iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.*

Roma.3. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo, nunc autem ſine lege iuſticia dei manifeſtata.*

Vt &

Vt & inueniat in illo, non habens meam iuſtici- Philip. 3.
am, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti
Ieſu, quæ eſt ex deo, eſt iuſticia in fide.

Chriſtus uobis factus eſt ocioſus, quicunq; per le- Galat. 5.
gem iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiri
tu ex fide, ſpē iuſticiæ expectamus: nā in Chriſto &c.

A iuſticia autem dei per fidem Ieſu Chriſti, in om Roma. 3.
nes & ſuper omnes, qui credunt in eum, & arbitra-
mur enim iuſtificari hominem per fidem ſine ope-
ribus legis.

## IVSTICIA DEI, NOSTRA IVSTICIA.

QVi factus fuit nobis ſapientia à deo, iuſticiáq; 1. Cor. 1.
& ſanctificatio & redemptio.

Neq; enim in iuſtificationibus noſtris proſterni- Daniel. 9
mus præces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus
tuis multis.

Propter nomen meum longe faciam furorem me- Eſa. 48.
um, & laude mea infrenabo te, ne intereas.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, Pſal. 142
propter nomen tuum domine uiuificabis me in æqui-
tate tua.

Neq; dicas in corde tuo &c. propter iuſticiam me Deut. 9.
am introduxit me dominus, neq; enim propter iuſti-
cias tuas, & æquitatem cordis tui.

Ecce deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & nō Eſai. 12.
timebo

timebo, quia fortitudo mea & laus mea a domino.

Ezec. 36. Non propter uos ego faciam, ſed propter nomen meum, ut notum ſit uobis.

Pſal. 5. Domine deduc me in iuſticia tua, propter inimicos meos, dirige in conſpectu uiam meam.

2. Cor. 5. Qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iuſticia dei per illum.

2. Cor. 8. Noſtis enim beneplacitũ domini noſtri Ieſu Chriſti, quod propter uos pauper factus ſit, cũ eſſet diues, ne uos illius paupertate diteſceretis.

Eſa. 59. Et ſaluauit ſibi brachium ſuũ, & iuſticia eius ipſa cõfirmauit eũ: hæc eſt iuſticia dei qua nos iuſtificat.

## SCRIPTVRAE IVDICIVM PENES SVBDITOS SIT.

1. Ioan. 4 PRobate ſpiritus, ſi ex deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.

Matth. 5. & 24. Math. 7. Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium: ex fructibus namq; eorum cognoſcetis eos.

Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium uidiſſe ſe dicat, & ſi euenerit quod locutus, & dixerit: ſequamur deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, non audies uerba prophetæ, quia tentat uos dominus deus ueſter &c.

Hier. 23. Nolite audire uerba prophetarum, qui prophetãt uobis, & decipiunt uos.

Nemo

Nemo uos ſeducat in ſublimitate ſermonum, & uidete ne quis uos decipiat per inanem philoſophiã. Coloſ. 2.

Oues meæ uocem meam audiunt. Ioan. 10.

Omnia probate, & quod bonum eſt tenete. 1. Theſ. 5.

Qui uerbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet uitam æternam. Ioann. 5.

Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari. Ephe. 2.

Omnes prophetarũ ſententiæ huc referendæ ſunt, in quibus traditiones humanas cauendas eſſe monẽt.

## DE IVDICIIS DEI.

IVdicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa. Pſal. 18.

De cœlo auditum feciſti iudicium, terra &c. Pſal. 75.

Deus in ſancto uia tua, quis deus magnus. Pſal. 76.

Memor fui iudiciorum tuorum à ſæculo. Pſal. 118.

Iudicabit populos in iuſticia & æquitate. Pſal. 7.

Dominus in æternũ permanet, parauit in iudicio thronũ ſuũ, & ipſe iudicabit populos in iuſticia. Pſal. 95.

Cognoui domine, quia iuſticia, iudicia tua. Pſal. 118.

Sediſti ſuper thronũ qui iudicas iuſticiã. Deus iudex iuſtus. Pſal. 7. 9.

Iuſtus es dñe, & rectũ iudiciũ tuũ. Pſal. 118.

Incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Roma. 11.

## INIVRIA FERENDA.

CVm conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui Pſal. 38.

tui, & humiliatus ſum, & ſilui.

Iob. 27. Abſit à me, ut uos iuſtos eſſe iudicem.

Ioan. 18. Chriſtus reſpondebat ſeruo: Cur me percutis?

Si ſcandalum inde infirmorum exurgere uiderimus, non debemus, noſtra taciturnitate admittere, ut iuſte agere in nos, noſtri calumniatores uideãtur, ſed
3. Re. 18. dicere fortiter cũ Iob: Abſit ut uos &c. & cũ Helia: Ego non conturbaui regnum Iſrael, ſed tu & domus patris tui.

## VITA MONASTICA IMMOLATIO FILIORVM ET FILIARVM.

Pſal. 105. ET immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.

4. Re. 17. Seruierunt Baal, & conſecrauerunt filios ſuos,
& 16 & filias ſuas per ignem.

Tuliſti filios tuos & filias tuas, quas generaſti mihi, & immolaſti eis.

Ezec. 23. Et habui eas, & pepererunt filios & filias, inſuper & filios ſuos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum.

Ezec. 20 In oblatione donorum ueſtrorum: cum traducitis filios ueſtros per ignem.

Ezec. 16. Immolaſti filios meos, & dediſti illos cõſecrãs eis.

## INFIRMIORIBVS NON INSVLTANDVM.

Rom. 14. TV quis es, qui iudicas de alieno famulo? proprio domino

domino ſtat aut cadit, immo fulcietur, ut ſtet, ſed hoc iudicare magis, ne ponatis offendiculum, uel ſcandalum fratri.

Non coques hœdum in lacte matris ſuæ, hoc eſt, fratrem infirmum ne offendas, uel lædas. Deut. 14. Exo. 24.

Debemus autem nos qui potentes ſumus infirmitatem impotentium portare. Rom. 15.

Sicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite, in ea creſcatis in ſalutem. 1. Pet. 2.

Qui ſtat, uideat ne cadat. 1. Cor. 10.

Nec pones coram cæco offendiculum, ſed timebis dominũ deum tuũ, quia ego ſum dominus deus tuus. Leuit. 19.

Suſcipite infirmos, patientes eſtote erga omnes. 1. Theſ. 5.

Etiamſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate huiuſmodi ſpiritu manſuetudinis: conſyderans temetipſum, ne & tu tenteris. Galat. 5.

Hypocritæ arripiunt lapſus fratrum tantũ ad accuſandum, mordendum, nec aliud agere poſſunt, quã Simon leproſus ſuper Mariam Magdalenã: & phariſæus ſuper publicanum, ſordent eis peccatores.

Non reliquit Moſes duræ ceruicis populum: Heliſeus & prophetæ Reges Iſrael, non populum idololatrias colentem reliquerunt.

Facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Hebr. 5.

Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſcep= Rom. 14.

tationbus cogitationum.

1. Cor. 3. Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, & tanquàm paruulis in Chriſto, lac uobis potum dedi, non eſcam.

## IN DOMINO ET IN TRIBVLATIONIBVS GLORIANDVM.

1. Cor. 1. QVi gloriatur, in domino glorietur.

2. Cor. 10. Qui autem gloriatur, in domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat, commendatus eſt &c.

Hierc. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.

Roma. 5. Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei, non ſolũ in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur &c,

Iacobi. 1. Pro ſummo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes incideritis uarias, ſcientes quod exploratio fidei ueſtræ parit patientiam. Glorietur autem frater, qui eſt humilis in ſublimitate ſua.

Pſal. 31. Lætamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

Galat. 6. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

1. Theſ. 1. Excipientes uerbum in tribulatione multa, cum gaudio

gaudio ſpiritus ſancti.

## IMITANDVM APOSTOLO ET CHRISTO.

SEd ut nosmetipſos formam exhiberemus uobis ad imitandum nos. 2.The.3.

Adhortor itaq; uos, ut imitatores mei ſitis. 1.Cor.4.

Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. 1.Cor.11.

Pariter eſtote imitatores mei fratres, & conſyderate eos qui ſic ambulant. Philip.3.

Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectiõe, ſicut et Chriſtus dilexit nos. Epheſ.5.

Imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promiſſiones. Hebr.6.

## INIMICI DILIGENDI.

DIligite inimicos ueſtros, bene præcemini deuouentibus uos, benefacite ijs qui uos odio perſequuntur. Matth.5. Lucæ.6.

Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitierit, da ei aquam bibere. Prou.25.

Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum: ſi uideris aſinum odientis te iacere &c. Exo.23.

Cum cæciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius, ne exultet cor tuum. Pro.24.

Si igitur eſurit inimicus tuus, paſce illum, ſi ſitit, da illi potum: Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coacernabis in caput illius. Rom.12.

## IEIVNIVM VERVM.

Zach. 7. CVm ieiunaretis & plangeretis &c. nunquid ieiunium ieiunaſtis, iudicium uerum iudicate, & miſericordiam & miſerationem facite unuſquiſq; cum fratre ſuo, & uiduam & pupillum & pauperē nolite calumniari, & malum uir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo.

Eſa. 58. Nolite ieiunare ſicut uſq; ad hunc diem, nunquid tale ieiunium quod elegi? nonne hoc magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligatiões impietatis, uagoſq; induc in domum tuam.

Matt. 6. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis.

Pſal. 34. Humiliabam in ieiunio animam meam.

Hier. 36. Prædicauerunt ieiunium in conſpectu domini omni populo in Hieruſalem, & uniuerſæ multitudini.

Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro in ieiunio & fletu & in planctu, & ſcindite corda ueſtra, & non ueſtimenta.

Actu. 13. Cum autē illi ſacrificarent domino, ieiunarentq; cumq; ieiunaſſent & oraſſent &c.

Actu. 14. Præcatiq; eſſent cum ieiunijs, commendauerat eos dominus.

## SPERANDVM IN DOMINO.

Pſal. 9. ET ſperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te domine.

Ego

Ego autem in miſericordia tua ſperaui. Pſal. 12.

Conſilium inopis confudiſtis, quia dominus ſpes eius eſt. Pſal. 13.

Eruditus in uerbo reperiet bona: & qui ſperat in domino, beatus eſt. Pſal. 16.

Appone autem cor ad doctrinam meã, & redundabit in labijs eius, ut ſit in domino fiducia tua. Pro. 28.

Non ſumus fidentes in nobis, ſed in deo, qui ſuſcitat mortuos, in quem ſperauimus. 2. Cor. 1.

Qui ſperat in domino, ſubleuabitur; qui uere cuſtodit legem, beatus erit. Pro. 29.

Naum. 1. Daniel. 13. Sopho. 3. Eſa. 40. Eccleſ. 34. 9. 2. Hiere. 40. 3. Eſdræ. 4. Sapien. 16. Ezech. 26. 31. 32. Pſalmo. 25. 30. 36. 39. 41. 20. 17. 14. 16. 12. 4. 5. 9. 4. Regũ. 18. pulcherr. caput, de reſponſione Ezechiæ Regis.

## IVDEX QVOMODO IVDICARE DEBEAT.

Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus: nulla erit diſtantia perſonarum, Ita paruum ut magnum, nec accipietis cuiuſq; perſonam: quia dei iudicium eſt. Deut. 1.

Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis Non conſyderes perſonam pauperis, nec honores uultum potentis: iuſte iudica proximo tuo. Leuit. 19.

Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis Deut. 16.

tis tuis, ut iudicent populum iuſto iudicio, nec in alte/ram partem declinent: Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant uerba iuſtorum, iuſte quod iuſtum eſt perſe=queris, ut uiuas.

2. Par. 19. Præcipiens iudicibus: Videte (ait) quid faciatis, nõ enim hominis exercetis iudiciũ, ſed domini, & quod/cunq; iudicaueritis, in uos redundabit: Sit timor do=mini uobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.

Ioan. 7. Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Pro. 18. Accipite perſonam impij in iudicio, non eſt bonum ut declines à ueritate iudicij.

Prou. 16. Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius.

Eccl. 4. Ne accipias fratrẽ aduerſus faciem tuã: ne reuere/aris proximũ tuũ in caſu: nec retineas uerbũ in tem/pore ſalutis. Eccle. 42. Exo. 23. Deut. 17.

## INCREDVLITAS.

Rom. 14. Qvicquid non ex fide, peccatum eſt.

Pſal. 105. Non crediderunt uerbo eius, & murmura=uerunt in tabernaculis

Titum. 1. Omnia munda mundis: coinquinatis autẽ & in=fidelibus, nihil eſt mundum.

Ioann. 3. Qui non crediderit, condemnatus eſt, & ira &c.

Ibidem. Væ diſſolutis corde, qui non credunt deo.

Impiorum

## IMPIORVM PROSPERITAS PIIS OFFENDICVLO.

IVſtus quidem tu es domine, ſi diſputem tecum, ue runtamen iuſta loquar ad te: Quare uia impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui præuaricantur, & inique agunt? Plantaſti eos & radicem miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum. Hier. 12.

Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum, ſicut cædros Libani &c. Pſal. 36.

Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum uidens, quia non eſt reſpectus morti eorū, & firmamentum. Pſal. 72.

Laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Iob: 20.

Vociferabor ad te patiens, & non ſaluabis. Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem uidere prædam, & in iuſticiam contra me? Quare reſpicis contemptores, & taces? conculcante impio, iuſtior eſt ſe, & facies hominis quaſi piſces maris. Abacu. 1.

Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſq; timore illo, filij hominū perpetrāt mala. Eccle. 8.

Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo, obtinuerant diuitias. Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum. Pſal. 72.

Nolite iugū ducere cū infidelibus. Quæ enim participatio iuſticiæ cū iniquitate. 2. Cor. 6. Iob. 27. Eccl. 21. Prouer. 5. 23. Pſal. 72 Eccle. 7. 8.

Proue. 1. Auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperi-
taſ ſtultorum perdet eos, Abacuc. 1.

Prou. 4. Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum uia.

Pro. 19. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.

Proue. 5. Penè ſum in omni malo, & in medio eccleſiæ & ſynagogæ.

Non ex proſperitate impiorum, ſed aduerſitate ſuos ſanctos prophetas & Apoſtolos probauit. Vt uide

Pſal. 72. in Iob, & pſalmo. 72. & Hiere, 12. Prouer. 14. Pſal. 36. & . 68. Num. 11. Prouer. 24.

## IMPIORVM POENA.

2. Pet. 2. IN tartarum præcipitatos, tradidit ſeruatos in iudicium.

Iob. 21. Impius ad diem perditionis ſeruatur.

Eſa. 24. Et congregabuntur in congregatione unius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carceri, & poſt multos dies uiſitabuntur.

2. Pet. 2. Et quibus caligo tenebrarum reſeruatur.

Pſal. 36. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.

## IMPIVS PROPRIO IVGVLATVR GLADIO.

Proue. 5. INiquitates ſuæ rapiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.

Eccl. 27. Qui in altũ mittit lapidẽ, ſuper caput eius cadet.

Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Pſal. 7.

Gladius eorum intret in cor eorum, id eſt, ſuo ſe gladio iugulatur: & impij in laqueum quem cæteris parauerunt, cadunt. Pſal. 36.

Et qui foueam fodit, incidit in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendit in eo: & qui alij ponit in laqueum cadit. Eccl. 27.

Foderunt foueam, & incidit in eam. Pſal. 56.

Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui uoluit lapidem mittere, reuertetur ad eum. Hiere. 48. Pro. 26.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abſcondit, appræhendant eum in laqueum, cadat in idipſum. Pſal. 34.

Et malitiã Nabal reddidit dominus in caput eius. 1. Reg. 25.

In laqueo iſto quem abſconderunt, compræhenſus eſt pes eorum. Pſal. 9.

In operibus manuum ſuarum compræhenſus eſt pes eorum. Ibidem.

Infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum. Pſal. 63.

Infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt. Pſal. 9.

Incidit in foueã quã fecit: Iniuria obruet os impij. Pſal. 36.

Ea ipſis ſunt exitio, quibus ſperant alijs oppreſſis regnum, gloriam paraturos: Vt cũ Saul Dauidem perſequeretur, quoties in eius manus incidit. Iudæi cum Chriſtum opprimere ardebant, ſeſe perdiderunt. Sic

Pharao, ſic Abſalom, ſic Nabal.

Ezec. 22. Viã eorũ in caput eorũ reddidi, ait dominus deus.

## IMPIOS PVNIT DEVS PER IMPIOS.

Eſai. 10. VAE Aſſur uirga furoris mei, & baculus ipſe eſt. In uirga enim percutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in uia Aegypti.

4. Reg. 13 Azahel rex Syriæ afflixit Iſrael cunctis diebus Ioachaz.

## ALIQVANDO PER PIOS.

Gen. 14. QVid cum audiſſet Abram captum, ſcilicet Lot fratrẽ ſuum, numerauit, percuſſit eos, & perſecutus eſt uſq; Heba.

Ioſuæ. 10. Dixitq; dominus ad Ioſua, ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos. Irruit itaq; Ioſua ſuper eos repente.

1. Reg. 15. Recenſui quæcunq; fecit Amalech Iſraeli, reſtitit ei in uia. Nũc uade ergo & percute Amalech, & demolire uniuerſa eius, non parcas ei.

## IMPII PAENITERE NESCIVNT.

3. Reg. 13. EXaruit manus Hieroboam, quam extenderat contra uirum dei, nec reuerſus eſt ab impietate ſua.

Exod. 9. Miſit Pharao & uocauit Moſen & Aaron, dicẽs ad eos: Peccaui, etiam nunc dominus iuſtus, & ego & populus meus impij: Orate dominum, ut deſinant

tonitrua

tonitrua dei, tamen non uere pænituit, & ſemel populum dimittere non uoluit.

Iudæi ter retrorſum ceciderunt, tamen non meliores facti &c. Ioan. 18.

Conſule totum decimum nonum caput Gene. Inuenies quomodo Sodamitas admonuerit.

De Saulo lege, qui ſepiuſcule admonitis, nunquã agnouit benignitatem diuinam, neq; ductus ad pænitentiam ueram, ſed rediit ſemper ad priſcinam malitiam perſequendi Dauidem, ut canis ad uomitum redit. 1.Reg.24 1.Re.26.

## IMPIIS NON ADHAERENDVM.

Exite de medio illorum, & ſæparamini ab illis, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis. 2.Cor.6

Ne commertium habueritis cum operibus tenebrarum, quin ea potius etiam arguite: Ne ſitis igitur conſortes illorum. Ephe.5.

Præcipimus autem uobis fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubducatis uos ab omni fratre, qui inordinate ſe gerit. 2.The.3.

In uias gentium non abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Matt.10.

Si quis uenit ad uos, hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malis &c. 2.Ioan.1

*Sic admonet Chriſtus diſcipulos, ut abſtinerent à fermento phariſæorum, & aiebat: Cæci ſunt & duces cæcorum.*

IMPIIS QVOD TIMENT, ACCIDIT.

Ezec. 11. *GLadium metuiſtis, & gladium inducam ſuper uos, ait dominus deus: & eijciam uos de medio eorum eius &c.*

Prouer. 1. *Ego quoq; in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo cum uobis, id quod timebatis, euenerit.*

Eſa. 66. *Ego eligam illuſiones eorum, & quæ timebatis, adducã eis: quia uocaui, & non erat qui reſponderet.*

Prou. 10. *Quod timet impius, ueniet.*

Ezech. 11 *Daboq; uos in manu hoſtium, gladioq; cadetis.*

IMPIORVM COR LAC COAGVLATVM.

Pſal. 118. *COagulatum eſt ſicut lac cor eorum.*

Proe 28. *Fugit impius, nemine perſequente eum.*

Eſai. 6. *Audite audientes, & nolite intelligere.*

Eſa. 28. *Dixiſtis enim: percuſſimus fœdus cum morte.*

Pro. 28. *Impius in diem perditionis ſeruatur.*

Eſa. 26. *Domine, in anguſtia requiſierunt te.*

Ezech. 33 *Venite audiamus, quis ſit ſermo egrediens.*

Eſa. 57. *Non eſt pax impijs. Impij ſicut mare ferueſcunt. Folij uolantis deterrebit eos.*

Hier. 18. *Deſperauimus poſt cogitationes noſtras.*

*Et erunt in tenebroſitate opera eorum, & dicẽt: Quis uidet, & quis ſcit nos &c.* Eſai. 29.

*Filij mendaces, filij nolentes audire legẽ dei. Qui dicunt uidentibus, nolite uidere: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia.* Eſai. 30.

LIBERO ARBITRIO CARET HOMO.

*Scio domine, quia non eſt hominis uia eius: nec uiri eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos.* Hiere. 10.

*Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater qui me miſit traxerit eum.* Ioan. 6.

*Omnis plantatio quam non plantauit pater, eradicabitur.* Matt. 15.

*Non enim quod uolo, facio bonum: ſed quod non uolo, malum hoc ago.* Rom. 7.

*Sine me nihil poteſtis facere.* Ioann. 15.

*Hij qui uocati ſunt, promiſſionem accipiant æternæ hæreditatis.* Hebr. 9.

*Non quæcunq; uolueritis, eadem faciatis.* Galat. 5.

*Non poteſt homo quicquàm accipere, niſi fuerit ei datum è cœlo.* Ioann. 3.

*Perditio tua Iſrael ex te, tantummodo in me auxilium tuum.* Oſeæ. 13.

*Non quod idonei ſumus ex nobis ipſis cogitare quicquàm, tanquàm ex nobis ipſis: ſed ſi aliquid ido-* 2. Cor. 3.

nei ſumus, id ex deo eſt.

Philip. 2. Nam deus eſt qui agit in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis pro bono animi propoſito.

Rom. 11. Quoniam ex illo, & per illum, & in illū omnia.

Hier. 30. Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum, ut appropinquet, ait dominus.

Pſal. 36. Apud dominum greſſus hominis dirigentur.

Pro. 16. Hominis eſt animam præparare, & domini gubernare linguam.

Hier. 24 Et dabo eis cor, ut ſciant me, quia ego ſum dominus.

Pſal. 13. Non eſt qui faciat bonum, nec unus quidem.

Gene. 8. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

Pſal. 118. Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, ut non confundar.

Pro. 16. Cor hominis diſponit uiam ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus eius.

Hier. 17. Sana me domine, & ſanabor.

## LOCI QVI VIDENTVR STATVERE LIBERVM ARBITRIVM.

Matt. 19. QVod ſi uis ad uitam ingredi, ſerua mandata.

Lucæ. 9. Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemet ipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur.

Rom. 7. Nam uelle adeſt mihi, at ut faciam bonum, non reperio

reperio. Ex illa conſtitutione ſequitur clare omnia ſanctorum etiam opera peccata eſſe, quia quàm diu uiuit caro, tam diu concupiſcentia aduerſatur ſpiritui, ad Galat. 5. Caro concupiſcit &c.

Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Matt. 23.

Laua à malitia cor tuum Hieruſalem, ut ſalua fias. Hiere. 4.

Si quis igitur expurgarit ſeipſum ab his, erit uobis uas in honorem ſanctificatum. 2. Tim. 2.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri &c. Ioann. 1.

Sub te erit appetitus eius, & tu uere dominaberis illius. Gen. 4.

Si quis uoluerit uoluntati eius obtemperare, cognoſcet de doctrina. Ioann. 7.

En propono in conſpectu ueſtro hodie benedictionem & maledictionem. Deut. 11.

Domine deus aperuit mihi aurem, & ego nõ contradico, retrorſum non abij. Eſa. 50.

Cunq; quæſieris ibi dominum deum tecum, inuenies eum: ſi tamen in toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Deut. 4.

Si quæſieritis eum inuenietis, ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet. 2. Par. 2

Mandatũ quod ego præcipio tibi hodie non ſupra te eſt. Deut. 30.

te eſt, neq; procul poſitum, nec in cœlo ſitum &c.
Conſule & lege Annotationes in Deutero. Martini Lutheri.

Vos dereliquiſtis me, & ego relinquam uos.

## LIBERTAS CHRISTIANA.

Ioan. 8. SI ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis, & ueritas liberabit uos.

Galat. 5. In libertate qua uocati eſtis fratres, tantum ne de tis libertatem in occaſionem carnis.

Rom. 5. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus, hoc eſt, libertatem: ut Ioan. 8.

2. Cor. 3. Vbi autem ſpiritus domini, ibi & libertas.

1. Cor. 9. Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſer uum feci, ut plures lucrifacerem.

Ioan. 8. Si manſeritis in ſermone meo, liberi eritis

## LEX VMBRA TANTVM EST NON IVSTIFICATIO.

Hebr. 10. VMbram enim habens lex futurorum bonorũ, non ipſam imaginem,

Coloſ. 2. Nemo ergo uos iudicet in cibo, quæ ſunt umbra futurorum, corpus autem Chriſti.

Hebr. 7. Nihil enim ad perfectum adduxit lex.

Galat. 3. Itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur.

Eſaiæ. 1. Quis quæſiuit hæc de manibus ueſtris, ut am bularetis in atrijs meis.

Lex

## LEX AFFECTVM EXIGIT.

Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota ſortitudine tua. Eruntq́; uerba hæc, quæ ego præcipio tibi, hodie in corde tuo. Deut. 6. Mar. 12. Matt. 22.

Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Rom. 2.

Non concupiſces uxorem proximi tui, non domũ, non agrum. Deut. 5.

Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Eſaiæ. 1.

Ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis. Rom. 2.

Diligas eum, ac ſeruias domino deo tuo in tota anima tua. Deut. 10.

Aufferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis. Eſaiæ. 1.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit: nam non occides, non furabis &c. Rom. 18.

## LEGIS DOCTORES.

Volentes eſſe legis doctores, non intelligentes: neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. 1. Tim. 1.

Et erunt in uobis Magiſtri mendaces, qui introducunt pernicioſas ſectas 2. Pet. 2.

Erunt enim tempora, Cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi 2. Tim. 4

magiſtros prurientes aures.

## LIGANDI ABSOLVENDIQVE AVTORITAS.

Matt. 16. & 18. AMen dico uobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlo.

Ioan. 20. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

2. Cor. 2. Sufficit huiuſmodi homini increpatio hæc, quæ facta eſt à pluribus.

1. Cor. 5. Congregatis uobis, & meo ſpiritu, cum uirtute domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi hominem ſathanæ, in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat in die domini.

Hæc autoritas toti eccleſiæ data eſt.

## LABORANDVM SINGVLIS.

Geneſ. 3. IN ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, donec reuertaris in terram &c.

Prò. 12. Qui operatur terrã ſuam, ſatiabitur panibus &c.

Ephe. 4. Qui furatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.

1. Thc. 2. Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis, nocte ac die operantes, ne quemquam ueſtrum grauaremus.

De fru

De fructu oris ſui unuſquiſq; replebitur, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Pro. 12.

Et operemini manibus ueſtris, ſicut præcipimus nobis, ut honeſte ambuletis. 1. The. 4.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Pſal. 127.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi. Pro. 20.

Nam & cum eſſemus apud uos, hæc denunciabamus uobis: quoniam ſi quis non uult operari, nec manducet. 2. The. 3

Vade ad formicam o piger, cõſydera uias eius, & diſce: quæ parat cibũ in æſtate, & cõgregat in meſſe quod comedat. Prou. 6.

Deſyderia occidunt pigrum, noluerunt enim quicquam manus eius operari. Pro. 21.

Stultus complicat manus ſuas, & dicit: Melior eſt pugillus cũ requie quã plena utraq; manus cũ la. &c. Eccle. 4.

Sicut auis naſcitur ad uolatũ, ſic homo ad laborẽ. Iob. 5.

Per agrum hominis pigri tranſiui, & ecce operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ, & maceriæ lapidum de ſtructa erat: quod cum uidiſſem, uſquequo piger dormies, uſquequo de ſomno conſurges. Prou. 24.

Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum ueſtrarum in terra, cui maledixit dominus. Gene. 5.

Non oderis laborioſa opera & ruſtificationem Eccle. 7

creatam ab altiſſimo.

Eccle. 11. Qui obſeruat uentum non ſeminat, & qui conſy-
derat nubes, nunquàm metet.

Zach. 13. Homo agricola ſum ego, quoniam Adam exemplũ
meum ab adoleſcentia mea.

LOQVACITAS VITANDA, TACI-
TVRNITAS VERO SERVANDA.

Eccl. 7. Noli eſſe uerboſus in multitudine presbytero-
rum, & non iteres uerbum in oratione tua.

Iacobi. 1. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tar-
dus autem ad loquendum.

Ephe. 4. Omnis ſermo ſpurcus non procedat ex ore ueſtro.

Phili. 4. De cætero fratres quæcunq; ſunt uera, quæcunq;
pudica, quæcunq; iuſta, quæcunq; bonæ famæ ſe-
quimini.

1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Matt. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed
quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

1. Petr. 3. Qui enim uult uitam diligere, & dies uidere bo-
nos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius lo-
quantur dolum.

Pro. 25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbũ
in tempore ſuo.

Eccle. 8. Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues
in ignem illius lingua.

Pro. 30. Duo rogaui, te ne deneges mihi, antequàm mori-
ar uanitatẽ

aruanitatem, & uerba mendatij longe fac à me.

De omni uerbo otioſo reddenda erit ratio. Matt. 12.

In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. Prou. 10.

Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in uerbo ſuo odibilis erit. Eccle. 9.

Prouer. 26. 15. 25. 13. 29. 18.

## LAPSVS LINGVAE.

ET qui labitur lingua ſua, ſed nõ ex animo, quis eſt enim qui non deliquærit in lingua ſua. Eccle. 19

Beatus uir qui nõ eſt lapſus uerbo ex ore ſuo &c.

In multis enim offendimus omnes, lingua modicũ quidem membrum, & magna exultat. Ecce quantus ignis quàm magnam ſiluam incendit, & lingua ignis eſt uniuerſitas iniquitatis &c. Iacob. 3.

## MARIA VIRGO MATER CHRISTI.

ECce uirgo concipiet, & pariet filium. Eſaiæ. 9.

In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Gen. 22.

Beatus uẽter qui te portauit, et ubera quæ ſuxiſti. Lucæ. 11.

Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc, conferens in corde ſuo. Lucæ. 2.

Iurauit dominus Dauid in ueritate de fructu uẽtris. Pſal. 88.

In figuris oſtenſa ut in uirga Amygdali Aaronis, quæ ſuper naturaliter florebat, cũ eſſet arida ſtipes, Ita Maria ſine naturali ſanguine & poteniia peperit. Num. 17.

Iudicū. 8 Vellus Gedeonis quod cœleſti rore humefactatū eſt, ſignificauit.

## MALITIA HVMANA.

Hier. 17. PRauum eſt cor hominis & inſcrutabile.

Gene. 6. Videns autem deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.

Gene. 8. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

Ioann. 13. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum.

Pſal. 40 Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui: qui edebat panes meos, magnificauit ſup me ſupplantationē.

Hiere. 9. Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit.

Mich. 7 Nolite credere amico, & nolite cōfidere in duce, & inimici hominis domeſtici eius.

Hiere. 9. Et omnis amicus fraudulenter incedit, & uir fratrem ſuum deridebit, & ueritatem non loquentur.

## VERBI MINISTRI MITTVNTVR A DEO

Matt. 9. Lucæ. 10. MEſſis quidem multa, operarij autē pauci: Rogate ergo dominū meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

Rom. 10. Quomodo uero prædicabunt, niſi mittantur, ſicut

ſcriptum

ſcriptum eſt. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Naum. 1. Eſaiæ. 52.

Nec quiſquàm ſumit ſibi honorem, ſed qui uocatur à deo tanquàm Aaron. Hebr. 5.

Dixit illis ſpiritus ſanctus. Segregate mihi Paulū & Barnabā in opus quod accerſiui eos. Actu. 13.

Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtū deum patrem &c. Galat. 1.

Notū uobis facio euangeliū, qđ à me prædicatum eſt, nō eſſe ſecūdū hominē. Nā nō ab hoīe accepi &c. Galat. 1.

Certi facti quod uocaſſet nos deus euāgelizare eis. Actu. 16.

Ecce ego mittam piſcatores multos ſuper montē excelſum: aſcende tu &c. Eſa. 140.

Et miniſterium uerbi quod accepi à domino Ieſu teſtificari euangelium gratiæ dei &c. Actu. 20.

Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus Apoſtolus, ſegregatus in euangelium dei. Roma. 1.

Dabo uobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent uos ſcientia & doctrina. Iohel. 2. Eſa. 30. Hiere. 1.

Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Hier. 23.

Cum dominus non miſerit eos, & perſeuerauerūt confirmare ſermonem. Ezec. 13.

Quotquot autē uenerunt, fures ſunt & latrones. Ioan. 10.

Cum ergo nō miſiſſem eos, nec mandaſſem eis qui nihil profuerunt populo huic. Hier. 23.

Mat. 22. Et miſit ſeruum ſuū uocare inuitatos ad nuptias.

Ezec. 13. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritū ſuum, & nihil uident, cum dominus non miſerit eos.

Hier. 28. Audi Anania, nō miſit te dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendatio.

Hier. 14. Non miſi eos, & non præcepi eis, neq; locutus ſum ad eos uiſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis falſo prophetæ uaticinantur in nomine meo.

MVRMVR CONTRA DEVM.

Num. 14. ET murmurati ſunt contra Moſen & Aaron cuncti filij Iſrael: locutus eſt dominus ad Moſen & Aaron, dicens: Vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat contra me &c.

Exo. 17. Qui iurgatis contra Moſen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus: quibus reſpondit Moſes. Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dominum, & murmurauit populus contra Moſen.

Num. 16. Murmurauit autem omnis multitudo filiorū Iſrael ſequenti die contra Moſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum domini. Vide Totum caput, & de Chore qui perijt cū ſuis ſeditioſis &c.

3. Re. 16. Venit Achab in occurſum Heliæ, & cum uidiſſet eum, ait, Tu ne es ille qui conturbas Iſrael, & ille ait, Non ego conturbaui &c.

Num. 13. Inter hæc Caleb compeſcens murmur populi qui

oriebatur

oriebetur contra Moſen.

Morte moriatur, qui prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & ait Hieremias ad principes, & ad omnem populum, dicens: Ego autem ecce in manibus ueſtris ſum, facite mihi quod bonum & rectũ eſt in oculis ueſtris, ueruntamen ſcitote & cognoſcite, quia ſi occideretis me, ſanguinem innocentem tradetis contra uosmetipſos. Hier. 26.

CONTEMPTVS DEI. Math. 11.

VAE tibi Corozaim: Væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sydone facta eſſent uirtutes &c. Et tu Capernaum, nunquid uſq; in cœlum &c.

Demas enim me dereliquit, diligens hoc ſæculum, & abijt Theſſalonicam. 2. Tim. 4

Vxor Lot non audiuit conſilium angeli, & reſpiciens retro transformatur in ſalis ſtatuam. Gen. 18.

Samuel obiurgauit Saul, quod non expectauerat, aiebat: Stulte egiſti, & non cuſtodiſti mandata domini dei tui, quæ præcepit tibi. Lege decimum quintum caput, 1. Regum. 1. Reg. 13 1. Reg. 15.

Rehabeam rex, quia non obtemperauit conſilio ſeniorum, perdidit ſe, & comotum eſt regnum. 1. Re. 12.

Iſrael non obediuit monitis Moſe, & aſcendens in monte, percutitur. Num. 14.

Pilatus quia non audiuit uxorem de Chriſto monentem, præcepit Chriſtum trucidari. Matt. 27.

1.Reg.15. Paſſim in prophetis legitur, & præcipue de Saul, qui non obediuit uoci domini.

## MIRACVLA CONTRA SCRIPTVRAM NIHIL.

Deut. 13. SI ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium uidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atq; portentum, & euenerit quod locutus eſt, nec credas ei, quia tentat uos dominus deus ueſter, utrum cũ diligatis &c. per totum caput.

Leuit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid ſciſcitemini, ut polluamini per eos.

Luc. 16. Si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiã agent. Ait autem illi. Si Moſen & prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Eſai. 8. Cũ dixerint ad uos: quærite à phytonibus, & à diuinis. Nunquid nõ populus à deo ſuo requiret uiſionẽ ꝑ mortuis & uiuis? Ad legẽ magis, & ad teſtimoniũ.

Deut. 18. Caue ne imitari uelis abominationes illarũ gentium, nec phythones conſulat, neq; diuinos, & quærat a mortuis ueritatem.

1.Re. 27. Sic falſa imago Samuelis fefellit Saul, cum iuberet & conſuleret Phythoniſſam, & Samuelẽ ſuſcitari.

A magis et hariolis nil ſciſcitetur, neq; a mortuis.

## MVNDVS CHRISTIANOS PERSEQVITVR.

Ioan. 7. NOn poteſt mundus odiſſe uos, me autem odit,

quia

quia ego teſtimonium perhibeo de mundo.

Si mũdus uos odio habuerit: Scitote quia me prio Ioann.15.
rem uobis odio habuerit: Ego elegi uos de mundo,
propterea odit uos mundus.

Seruus nõ maior domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt Ioann.13.
& uos perſequentur. &.15.

Nolite mirari fratres: Si odit uos mundus. Nos 1.Ioan.1.
ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad uitam.

MALO NON RESISTENDVM.

Benedicite perſequentibus uos, benedicite, & Rom.12.
nolite maledicere, & non uosmetipſos de=
fendentes.

Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, do/ Ephe.4.
nantes inuicem, ſicut deus in Chriſto donauit uobis.

Supportantes inuicem, & donantes uosmetipſis, Coloſ.3.
ſi quis aduerſus aliquem habet quærelam, ſicut domi
nus donauit uobis, ſic & uos &c.

Nulli malũ pro malo reddẽtes, prouidentes bona, Rom.12.
nõ tantũ corã deo, ſed etiã corã omnibus hoĩbus. Si fi
eri poteſt, qđ ex uobis eſt, cũ omnibus hoĩbus pacẽ ha
bentes. Nõ uosmetipſos defendentes chariſſimi: ſed da
te locum iræ. Scriptũ enim eſt: Mihi uindictam &c. Deut.32.

Delictum omnino eſt in uobis, quod iudicia habe= 1.Cor.6.
tis inter uos. Quare non magis iniuriã accipitis &c.

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum Matth.5.
pro maledicto, ſed è contrario.

Non

Leuit.19. Non quæras ultionem, nec memor eris iniuriæ.

Lucæ. 9. Domine uis dicimus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos, & increpauit. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis: Filius hominis non uenit perdere animas, ſed ſaluare.

1. The. 5. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini inuicem in omnes.

1. Pet. 2. Hæc eſt enim gratia, ſi propter dei conſcientiam ſuſtinet quis triſticias, patiens iniuſte. In hoc enim uocati eſtis, & Chriſtus paſſus pro nobis. Qui cũ malediceretur, non maledicebat, tradebat cauſam iuſte iudicanti.

Lucæ. 6. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos.

Pſal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala.

Matt. 5. Ne reſiſtatis malo, ſed quiſquis impegerit alapã in dexteram maxillam, obuerte illi & alteram.

Pro. 20. Ne dicas: reddam malum pro malo, expecta dominum, & liberabit te.

## MVTVVM DANDVM.

Matth. 5. QVi petit à te, da ei, & uolenti mutuari à te, ne auertaris.

Lucæ. 6. Benefacite & mutuũ date, & nihil inde ſperãtes.

1. Tim. 6. Diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cõmunicare.

Deut. 24. Non pernoctabit pignus, ſi pauper eſt apud te, ſed

ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo paupe-ri, qui habitat tecum: non urgebis eum quaſi exactor nec uſuris opprimes. ſi pignus à proximo tuo acceperis ueſtimentum ante ſolis occaſum, reddes ei. Exo. 22.

Vſuras ne ſinguli à fratribus ueſtris exigatis. 2. Eſd. 5.

Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & ſuſceperis eum, quaſi aduenam & peregrinũ, & uixerit tecum: ne accipias uſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti.

Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliã rem, ſed alieno. Fatri autem tuo abſq; uſura, id quod indiget accomodabis, Leuitici. 25. Deut. 23

## MALITIA PROPRIA NOS ARGVET.

ARguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Hiere. 2.

Cum proceſſerint peccata noſtra coram hominibus, & iniquitates erunt qui accuſatores ſtabunt in die illo. 4. Eſa. 16

Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis, domine fac propter miſericordiam tuam &c. Hier. 14.

Propter maliciam populi mei, nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit dominus. Nonne ſemetipſos in confuſione uultus tui? Hier. 7.

Dormientes

Hiere. 3. Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam domino peccauimus.

Hier. 4. Omnia autem hæc mala uenient propter malicięam cogitationum ueſtrarum, uiæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

Daniel. 3 Iudicia uera feciſti iuxta omnia quæ induxiſti ſuper nos, & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra. Amos. 3. Tobiæ. 13. Treno. 1. 2. 4.

MODESTIA CHRISTIANORVM.

Matth. 5. Marc. 6. NOn poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neq; accendunt lucernam, & ponūt eam ſub modio &c. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona &c.

Philip. 4 Modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus, dominus enim prope eſt.

1. Cor. 9. Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

1. Petri. 2 Obſecro uos tanquā aduenas & peregrinos, abſtinete uos a carnalibus deſyderijs, quæ militant aduerſus animam, conuerſationem ueſtram inter gentes habentes bonam.

Titum. 2 In omnibus temetipſum præbe exemplum bonorū operum in integritate doctrina in grauitate.

2. Cor. 4. Commendantes noſipſos apud omnem conſcientiam

ciam hominum in conſpectu dei.

Tales eſtote, ut nullū præbeatis offendiculū, neq; Iudæis, neq; Græcis, neq; eccleſiæ dei. 1. Cor. 12.

Prouidentes bona, non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus: ſi fieri poteſt pacem habētes cū omnibus hominibus, qd' ex uobis eſt &c. Rom. 12.

MENDACIA FVGIENDA.

Deponentes mendacium, loquimini ueritatem unuſquiſq; cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra. Ephe. 4.

Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neq; in amicum ſimiliter facias. Eccle. 7.

Os autem quod mentitur, occidit animam. Sapiē. 1.

Noli contradicere uerbo ueritatis ullo modo, nec de mendacio ineruditionis confundaris. Eccle. 4.

Qui nititur mendacijs, hic paſcit uentos: idem autem ipſe ſequitur aues uolantes. Prou. 10.

Qui quod nouit loquitur, iudex iuſticiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus. Prou. 12.

Teſtis falſus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. Pro. 19.

Sex ſunt quæ odit dominus. Oculos ſublimes, mendacem linguam, & proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Prou. 6.

Primum mendaciū protulit diabolus: Vnde Ioan. 8. Mendax eſt & pater eius. Geneſ. 3. Ioann. 8.

# MORS CHRISTI PRO OMNIBVS SATISFECIT.

1. Pet. 2. Esai. 53. QVi peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui iuſticiæ uiuamus, cuius liuore ſanati ſumus.

Epheſ. 1. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius; in remiſſionem peccatorum.

Coloſ. 1. Gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine.

1. Cor. 15. Tradidi enim uobis in primis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturam.

Coloſ. 2. Et uos cum mortui eſſetis in delictis, & in præputio carnis ueſtræ conuiuificauit, cũ illo donans uobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat &c.

Eſa. 25. Et præcipitabit in monte iſto faciem uinculi colligati ſuper omnes populos, præcipitabit mortem in ſempiternum.

Titum. 2 Vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem &c.

1. Petri. 1. Non auro uel argento redempti eſtis, ſed præcioſo ſanguine, quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti: præcogniti quidẽ ante mũdi conſtitutionẽ.

1. Tim. 1. Chriſtus Ieſus uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum ego primus ſum.

1. Tim. 2. Homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum in redemptionẽ

demptionem pro omnibus.

Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Ioann.1.

Roma.3.5.1.Petri.4.Ioannis.6.Coloſ.1.

Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eri- Galat.1.
peret nos de præſenti ſæculo nequam.

Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, Lucæ.2.
quod erit omni populo, quia natus eſt uobis ſaluator,
qui eſt Chriſtus.

Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faci- Matt.2.
et populum ſuum à peccatis eorum.

Facti eſtis prope in ſanguine Chriſti, ut reconcili- Ephe.2.
et ambos in uno corpore deo. 1. Theſ.5.

## MORS GENERALIS.

Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc au- Hebr.9.
tem iudicium.

Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora dominus ue- Mat.24.
ſter uenturus ſit.

Inuidia autem Diaboli mors introiuit in orbem Sapiē.2.
terrarum.

In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima Eccle.7.
tua, & in æternum non peccabis.

Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis ini- Sapiē.7.
tium, unde ergo introitus eſt omnibus ad uitam, &
ſimilis exitus.

Bona & mala, & mors & paupertas à deo ſunt. Eccle.11.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur Iob.10.

breui?Nuiquid ſicut dies hominis ſicut dies tui.

Eccle. 41 O mors quàm amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in diuitijs.

Eccle.14. Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi.

Pſal. 88. Quis eſt homo qui uiuet, & nõ uidebit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi.

MORS NON TIMENDA.

Eſaiæ.51. Nolite timere opprobrium, & blaſphemias eorum non metuatis. Quis tu es qui timeas a homine mortali &c. pulcherr. caput.

Eccl.41, Nolite metuere iudicium mortis.

Lucæ. 9. Qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet illam.

Matt.10. Ne ergo timueritis eos, & nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere &c.

Actu. 21. Ego autem non ſolũ alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum, propter nomen domini Ieſu.

Sapič. 3. Iuſtorum autem animæ in manu dei ſunt, & non tanget illos tormentum maliciæ.

Tobiæ.3. Expedit enim mihi mori magis quàm uiuere.

Sapič. 5. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerant labores eorum.

Noli timere fili mi, pauperem quidem uitam gerimus

mus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deum.

In nullo terreamini ab aduerſarijs, quæ eſt illis cauſa perditionis, uobis autem ſalutis. Philip. 1.

Non enim dedit ſpiritum timoris, ſed potentiæ ac dilectionis & ſobrietatis. 2. Tim. 1.

Ego ipſe conſolabor uos, quis tu ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis: qui quaſi fœnum ita areſcet, & oblitus es domini factoris tui. Eſai. 51.

Et timorem eius ne timeatis, neq; paueatis, dominum exercituum ipſum ſanctificate: & ipſe pauor ueſter, & ipſe terror ueſter: & erit uobis in ſanctificationem &c. Eſaiæ. 8.

## MORS PIORVM DEPLORANDA.

Mortuus eſt autem Samuel, & congregatus eſt uniuerſus Iſrael, & planxerũt eum nimis. 1. Re. 25.

Fleuerunt Moſen filij Iſrael in campeſtribus Moab triginta diebus, & cõpleti ſunt dies planctus lugentium Moſen, Deut. 34

Cumq; ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit Rex Dauid uocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autem omnis populus. 2. Reg. 3.

Vetus inſtrumentum plenum huiuſmodi fletibus.

Iudith defuncta eſt, & luxit omnis populus dies ſeptem. Iudith. 16

## MORS IMPIORVM NON DEPLORANDA.

1.Re. 25. PErcuſſit dominus Nabal, uindicans cauſam opprobrij ſui in Dauidem.

3.Re.22. Achab imaniſſimus miſerrime obijt, et cōſumptus.

1.Reg 31. Saul enſe miſerrime confoditur. 2.Reg.18. De Abſolom patrem ſuum Dauidem perſequens.

1.Reg.4. Exod.17.16.32. Gen.6.34. Exodi.15. 3.Reg.16. 2.Reg.2.17. Iudicum.1.2.Reg.6. Act.12. Daniel.5.4.Reg 19. & ultimo cap.8.9.1.Reg.31. Daniel.13.4.Reg.11. Gen.38.2.Machab.5. Iudith.13. Ioſuæ.7.3.Reg.15 Num.31.4.Reg.10. Deut.21. Dani.6.14.4.Reg.2.1.Reg.17. Gen 6, Luc.16. & 12.

## MAGISTRATVS.

Deut.16. IVdices & magiſtros conſtitues in omnibus tuis, quas dominus deus tuus dederit per ſingulas tribus tuis, ut iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent: Non accipies perſonam iuſte quod iuſtum eſt perſequeris, ut uiuas.

2.Par.19. Ioſaphat rex Iuda conſtituit Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per ſingula præcipiens Iudicibus, & ait: Videte quid faciatis: Non enim hominis exercetis iudicium, ſed domini: & quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit, Sit timor domini uobiſcum, & cum diligētia cuncta facite. Item. 2. Eſdræ.8. Deut.27.

Mercenarius

## MERCENARIVS DIGNVS MERCEDE.

QVicũq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim & mercedem reſtitue: & merces mercenarijtui apud te omnino non remaneat. Tobiæ. 4.

Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui ſiue aduenæ, qui tecum moratur: ſed eadẽ die reddes ei præcium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt: & ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad dominum. Deut. 24.

Non morabitur opus mercenarij tui apud te uſq; mane. Leuit. 19.

Non obligabis os boui trituranti. Deut. 25.

Operarius dignus eſt mercede ſua. Lucæ. 10.

Qui effundit ſanguinẽ, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Eccle. 7 Matth. 20. Eccl. 34.

Merces operariorum qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fratri data eſt à uobis, clamat: & clamor eorum in aures domini Sabbaoth introiuit. Iacobi. 5.

Ero teſtis uelox, qui calumniant mercedem mercenarij. Mala. 3.

Dignus operarius eſt mercede ſua. 1. Tim. 5.

## OMNIA FIVNT NECESSARIO.

HOminis eſt animam præparare, & domini gubernare linguam. Pro. 16.

Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex illis Matth. 10.

non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro.

Pro. 16. Cor hominis diſponit uiam ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus eius.

Matt. 6. Si fœnum agri ſic creſcit, quod eſt, cras in clibanum mittitur: quanto magis uos modicæ fidei.

Eſa. 63. Quare errare nos feciſti domine deus de uijs tuis, induraſti cor noſtrum, ne timeremus te.

Matt. 10. Capilli ueſtri capitis omnes numerati ſunt.

Treno. 3. Quis eſt iſte qui dixit, ut fieret, domino nō iubēte.

Pro. 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, impium quoq; ad diem malum.

1. Reg. 9. & 10. Quid ſimilius caſui ſortuito, quā quod Saul abijt quæſiturus aſinas: & ungitur à Samuele, in auguraturq; regno.

Eccle. 8. Et intellexi quod omnium operum dei, nullū poſſit homo inuenire rationem eorū quæ ſub cœlo ſunt.

## NVTV DEI OMNIA FIVNT.

2. Re. 17. Domini autem nutu diſſipatum eſt conſilium Architophel utile, ut induceret dominus ſuper Abſolom malum.

Sapi. 15. Tu autem deus noſter uerus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia.

Iudi. 14. Parentes autem eius neſciebant, quod res à domino fieret.

1. Re 26. Tradidit enim te dominus hodie in manum me-

am

am, & nolui extendere manum meam in Chriſtum domini mei.

Et nõ acquieuit rex populo, quin aduerſatus fue=rat cum dominus, ut ſuſcitaret uerbum ſuum, quod locutus fuerat in manu Abiæ Silomitæ. 3.Re.12.

Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, 1.Paralipo.10. 1.Reg.31

Factum eſt autẽ cũ audiſſent inimici noſtri nun= ciatum eſt nobis: diſſipauit deus conſilium eorum. Iudith.10.2.Paralip.11.&.10.3.Reg.2. Neæmiæ Eſdr.2.

Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt con/ ſilium contra dominum Prou.21.

Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat au/ tem cogitationes populorum, reprobat conſilia prin= cipum. Pſal.32.

Væ qui profundi eſtis corde, ut à domino abſcon/ datis conſiliũ, quorum ſunt in tenebris opera. Eſa.29.

Verum quid mihi & uobis Tyrus & Sydon: Nunquid ultionem uos reddetis mihi? Etſi ulciſcimini uos contra me cito, uelociter reddam uiciſſitudinem uobis ſuper caput ueſtrum. Iohel.3.

Iuxta enim uoluntatem ſuam facit: tam in uirtutibus cœli, quàm inhabitatoribus terræ, & non eſt qui reſiſtat manui eius, & dicat ei: quare feciſti. Daniel.4

Quis enim dicet tibi; quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? Aut quis tibi imputabit, Sapi.12.

ſi perierint nationes tuas, quas tu feciſti.

Naum. 1. Ante faciē indignationis eius quis ſtabit, & quis reſiſtet in ira furoris eius?

Heſter. 13. 1. Corinth. 3. Iob. 3. Rom. 1. Eſa. 40.

NEMO POTEST DVOBVS DOMINIS SERVIRE.

Math. 6. NEmo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum condemnet.

Lucæ. 9. Sine ut mortuos ſepeliāt mortuos, tu autem uade & annuncia regnum dei, Matth. 8.

Heb. 12. Rectos facite pedibus ueſtris, ut non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.

Matt. 12. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborē malam, & fructum eius malū.

2. Cor. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras.

1. Cor. 10. Non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.

Apoc. 3. Quia neq; frigidus es, neq; calidus.

3. Reg. 18 Vſquequo claudicatis in duas partes, ſi dominus eſt deus, ſequimini eum: ſi autē Baal, ſequimini illū.

Deut. 5. 16. & 17 Non declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram: ſed per uiam quam præcepit tibi dominus.

uolūtas

## VOLVNTAS DEI NON NOSTRA SPECTANDA.

VEruntamen nõ ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Mat. 26.
An putas quod non poſſum rogare patrem me Mat. 26.
um, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim le
giones angelorum?

Abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer ca Mar. 14.
licem hũc à me, ſed nõ qđ ego uolo, ſed quod tu &c.

Tempus meum nondum aduenit. Ioan. 7.

## VERBVM DEI RESPICIENDVM, ET NON PERSONA.

NE deficiatis ob afflictiones meas, quas pro uo Ephes. 3.
bis tolero, quæ eſt gloria ueſtra.

Turba cum audiſſet ſermones eius, dicebant: Hic Ioan. 7.
eſt uere propheta. Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus.

Principes & omnis populus ad ſacerdotes & pro Hier. 26.
phetas: Non eſt uiro huic iudicium mortis: quia in
nomine domini dei noſtri locutus eſt ad nos.

Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius Ioan. 7.
audierit ab ipſo: Mea doctrina non eſt mea.

Propter quod non deficiamus, ſed licet is qui foris 2. Cor. 4.
eſt noſter homo, corrumpatur.

## AB OPERIBVS BONIS NON CESSANDVM.

DEeſt panis, non ſunt aquæ, anima noſtra iam Num. 21.
nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, quã ob rem

 miſit

miſit dominus in populum ignitos ſerpentes.

Num. 11. Filij Iſrael male audiunt, quod educti ex Aegypto, cupiebant rurſus ad Aegyptiacos piſces & pipones.

1. Thе. 5. Non dormiamus ſicut & cæteri, ſed uigilemus, ut ſobrij ſimus.

Gala. 6. Bonum autem facientes, non deficiamus, tempore enim ſuo, metemus non deficientes.

Ephe. 6. Orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilantes in omni inſtantia.

Mat. 26. Diſcipuli corripiuntur à Chriſto, quod tempore afflictionis torpebãt, & dormiebant, Mar. 14. Lu. 22.

4. Re. 20. Ezechias correptus ab Eſaia propheta, eo quod oſtendiſſet omnem potentiam domus ſuæ ijs uiris, à rege Babyloniæ ad eum uenientibus.

Oſeæ. 13. Exo. 32. Deut. 32. Hiere. 5. Neæmiæ. 9. Lucæ. 12. 16. Deut. 31.

Lege adulterium Dauidis. 2. Regum. 11. & 24. cum numerauerat populum ſuum, in cauſa otium & ſecuritas.

## NON IVDICANDVM TEMERE.

Rom. 14 TV quis es qui iudicas alienum ſeruum, domino ſuo ſtat, aut cadit, ſtabit autem &c.

Lucæ. 6. Nolite iudicare, nec iudicamini: nolite condemnare, & non condemnamini.

Ioan. 7. Nolite ante tempus iudicare: nolite iudicare ſecundum faciem.

*Nolite ante tempus iudicare, quouſq; ueniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium &c.* 1. Cor. 4

*Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari: Iudicium enim ſine miſericordia, illi qui non facit miſericordiam.* Iacobi. 2.

*Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed ut magis iudicate, ne ponatis offendiculum cuiquàm.* Rom. 14.

*Quis intentabit crimina aduerſus electos dei? Deus eſt qui iuſtificat: Quis ille qui condemnat?* Rom. 8.

## IVDICES NON TEMERE IVDICENT.

*Vocauitq; dominus deus Adam, & dixit ei. ubi es, & ait: Vocem tuam domine audiui, & timui &c. non expulit Adam, niſi confeſſus eſſet culpam. Ait dominus ad Cain. Vbi eſt frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio. Nunquid cuſtos ſum fratris mei? Itaq; facta & finita expoſtulatione, maledixit Cain.* Geneſ. 3. Gen. 4.

*Inquiſieris diligenter, & uerum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael: educes uirum ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt &c.* Deut. 17.

*Cum diligentiſſime perſcrutantes, & inuenerint teſtem falſum dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddẽt ei ſicut fratri cogitauit &c.* Deut. 19

*Conſule. 19. caput Gen. de Sodomitis.* Gen. 19.

## TEMPVS NON STATVENDVM EST DEO AD EXAVDI=ENDVM.

Eſa.65. ERitq; antequàm clamēt, ego exaudiam: adhuc illis loquentibis, ego audiam.

Ephe.3. Qui potēs eſt omnia facere ſuperabundēter quàm petimus, aut intelligimus ſecundum uirtutem, quæ operatur in nobis.

Matt.6. Scit enim pater ueſter quid opus ſit uobis, ante/quàm petatis eum.

Iudith.4 Scitote quoniā exaudiet dominus præces ueſtras, ſi manentes permanſeritis.

Iudith.8 Et qui eſtis uos, qui tentatis dominum? Poſuiſtis uos tempus miſerationis domini, & in arbitrium ue=ſtrum diem conſtituiſtis ei.

Rom. 8. Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur: nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat: uanitati enim creaturæ ſubiecta &c.

Abac.2. Si moram fecerit expecta illū: quia ueniens ueniet, & non tardabit.

Eſa. 28. Qui crediderit, non feſtinet.

& .30. Beati omnes qui expectant eum.

## DOCTRINIS VARIIS NON CIR=CVMFERAMVR.

Ephe. 4 VT iam non ſimus paruuli fluctuātes, & cir/cumfe/

cumferamur omni uento doctrinæ, in nequitia hoīm.

Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Hebr. 13.

Non uentiles te in omnem uentum, & non eas in Eccle. 5.
omnem uiam: eſto firmus in uia domini, & in ueritate ſenſus tui & ſcientia: & proſequatur te uerbum pacis & iuſticiæ &c.

OPERA NON IVSTIFICANT.

ET facti ſumus immundi omnes nos, & quaſi Eſai. 64.
pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſticiæ noſtræ.

Si laueris te uitro, & multiplicaueris tibi herbam Hier. 2.
Borith, maculata es in iniquitate tua coram me.

Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti: ſi autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui? Iob. 9.

Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Eccle. 7.

Non poteſt homo accipere quicquàm, niſi ei è cœlo datum fuerit. Omnem palmitē in me non ferentē fructum, tollet eum. Ioan. 3. & 15.

De Phariſæo & publicano, & tamen publicanus iuſtificatus in domum ſuam abijt. Luc. 18.

Ecce omnes iniuſti, & uana opera eorum, uentus & inane ſimulacra eorum. Eſa. 44

Vos cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis dicite, ſerui inutiles ſumus. Quod debuimus facere fecimus. Lucæ. 17.

Roma.3. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo.*

Actu.15. *Neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus, ſed per gratiam Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi.*

Philip.3. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam, ut inueniar in illo, non habens meam iuſticiam, quæ eſt ex lege, ſed illam quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti.*

Ephe.2. *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex uobis: dei enim donum eſt, nõ ex operibus, ut ne quis glorietur.*

Ioan. 6. *Hoc eſt opus dei, ut credatis in eum, quem miſit ille.*

Pſal.142. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.*

Deut.9. & .7. *Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos dominus deus tuus in conſpectu tuo: propter iuſticiam meam introduxit me in terrã, ſed propter impietates &c.*

Roma.3. *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus legis.*

Eſa.59. *Telæ eorum non erunt in ueſtimentum, neq; operientur operibus ſuis, opera eorum opera inutilia.*

2.Tim.1. *Qui ſaluos nos fecit, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt.*

Non

*Non ex operibus iuſticiæ, quæ fecimus nos, ſed ſe-cundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.* Titum. 3.

*Iuſtificati ergo gratis gratia ipſius.*

*Niſi quis renatus fuerit ex ſpiritu ſancto, non in-trabit in regnum dei.* Ioann. 3.

*Deutronomij. 26. & 7. Pſalmo. 43.*

*Opera bona ſunt, quæ fides cordis operatur, quæ ſunt odiſſe iniquitatem, & diligere iuſticiam.*

*Fidei opera Romano. 12. docet caſtigare corpus, offerre quod fit dum corpus caſtigatur, ieiunando uigilando, laborando. 1. Petri. 2. Offerte ſpirituales hoſtias, & oblationes.* Fidei opera.

*Iuſtificatio reſpicit perſonam, non opera, quia perſona, non opus iuſtificatur, uel damnatur. Concluſum quod nullum opus iuſtificat perſonam. Cæterum oportet prius ſine omnibus operibus, per aliquid aliud iuſtificari, Geneſis. 4. Reſpexit ad Abel, & ad munera eius, prius reſpexit ad Abel perſonam, deinde ad munus: Ad Cain non reſpexit, neq; ad munera eius.*

*Duplicia bona opera, aliqua ante, aliqua poſt iuſtificationem. Quæ præcedunt, ſplendunt ſolum, & non ſunt utilia. Quæ ſequuntur, ſunt bona.* Duplicia ſunt bona opera

*Ratio & natura opera quæ prius fiunt bona, uult eſſe & iuſtificare hominem, & perſonam, cum tamem homo in primitiua natiuitate malus ſit.*

Pſal.

Pſal.115. Omnis homo mēdax. Gen.6. Homo ab ado leſcentia quæcunq; fiunt, carnalia ſunt &c.

Opera poſt fidē. Opera poſt fidem illius naturæ eſſe debent, & ita fieri non multis illis mærendo, uel iuſtificando. Nam hoc oportet ante opera adeſſe, ſed ſolum ad caſtigandum corpus, & ad proximi utilitatem. Et hic eſt uerus dei cultus in operibus, ut talia opera gratis ad gloriam dei fiant: quod opus ipſe habet tuis ieiunijs? Si non cum his tuis ieiunijs, peccatum & crimen domares, quæ uult mortificari & domari. Act. 7. Cū templis ædificandis & inſtaurandis, nihil gratum fit deo: ut oſtendit Stephanus Act. 7.

## ARBOR OPERVM.

Cognitio dei. EX recta dei cognitione ſequitur læta conſcientia, libera & pacifica. Ex hæc creſcit laus & amor erga deum: ut qui talia immenſa bona contulit nobis per Chriſtum ex hoc, deinde ſequitur uoluntarius animus facere & omittere & pati, omne quod deo beneplacet: ſiue in uita, ſiue in morte, quam diu uiuis habes exercere tuā fidem & orare, & tam diu uiuis, non potes eam ſatis confirmare. Hæc eſt fundamentum noſtrum hæreditatis, ſuper quod deinde bona opera ædificanda ſunt. Quid bonorum operum habet Chriſtus, nonne ideo bona ſunt omnia, quia tibi in bonum facta ſunt propter deum, qui commiſit ei talia opera facere tibi in bonum. Sic Chriſtus patri

obediens

obediens in hoc fuit, quod nobis ſeruiunt, & dilexit nos. Nunc quando tu ſat habes, non habes amplius præceptum, in quo Chriſto ſeruias & obedias, quàm ut omnia tua opera eo dirigas, ut proximo utilia ſint. Ideo in cœna dixit. Hoc eſt præceptum, quod ut diligatis uos inuicē: fides facit quod Chriſtus noſter ſit: & ſuus amor facit, ut nos ſui ſimus.

Euangelium docet duplicia bona opera. Altera Chriſti propria, per quæ nos in fide ſaluamur. Altera noſtra propria, per quæ proximus noſter iuuatur. Euangelium duplicia opera docet.

Cū cognouiſti Chriſtum ſatis habes, quid hic ages in terra, non otioſus eris. Cor quod cognouit Chriſtū, cupit ut & alius ſciat. Vnde incipit prædicare alijs, & damnare quicquid cōtra cognitionem Chriſti eſt. Hinc inde ſtatim ſequitur crux, & conuiciatur corpus, uitam, bona, amicos in periculum ſtatuunt, donec te expellant ab eis in uitam æternā: tamen in hijs omnibus gaudendum, & æquiſſimo animo hæc omnia ferenda, ipſis etiam inimicis tuis humanum eſſe existimes & præbere. Crux.

Hæc eſt recta Chriſtiana uita, quod alijs ſeruit, ſicut tibi ſeruiuit, debemus alijs ſeruire: non ex merito, aut immerito eorum, ſed mera charitate præmium, non ab ipſis ſed à deo expectare. Opus non fit in gratiam dei. Hoc eſt ille homo, non cognoſcit deum, nec honorat eum, cū hoc opus putat ſe ſuis uiribus feciſſe, Vita chriſtiana quæ ſit.

quod nemo in gratia & in Euangelio docet.

## OPERA VIDENTVR MERCEDEM AC IVSTIFICATIONEM PROMITTERE.

Ionæ. 3. ET uidit deus opera eorum, & conuerſi ſunt de uia ſua mala, & miſertus eſt deus ſup malitiã.

Gen. 15. Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.

Math. 25. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes erã, & collegiſtis me.

Hier. 31. Quieſcat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrimis, quia eſt merces operi tui, ait dominus.

Pro. 24 Si dixeris uires non ſuppetũt, qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera ſua.

Hier. 32. Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes uias filiorum Adam, ut reddas unicuiq; ſecundum uias ſuas.

Actu. 10. Orationes tuæ & eleæmoſynæ tuæ aſcenderũt in memoriam in conſpectu dei.

Ephe. 6. Scientes quoniam unuſquiſq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino.

Galat. 6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.

Pſal. 61. Poteſtas dei eſt tibi domine miſericordia, quia tu reddes unicuiq; iuxta opera ſua.

Ezec. 33. Vnum quemq; iuxta uias ſuas iudicabo de uobis domus Iſrael.

Redde

Redde unicuiq; ſecundum uias ſuas, quas noſti eũ habere in corde ſuo. 2.Par.6.

Qui calicem aquæ frigidæ dederit uni ex his minimis: amen dico uobis, mercedem non perdet. Marc.9.

Hoc autem dico uobis. Qui parce ſeminat, parce & metet. 2.Cor.9.

Reddet deus iuſtis mercedem. Sapiẽ.10.

Qui bona fecerunt, ibunt in reſurrectionem, qui uero mala, ibunt in ignem æternum. Mat.25.

Filius hominis eſt uenturus in gloria patris ſui, cũ angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Matt.16.

## OPERA CHARITATIS ERGA PROXIMVM.

FRange eſurienti panem tuum, & egenos uagoſq; induc in domum tuam. Eſa.58.

Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia & fide non ficta. 1.Tim.1.

Ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Prouc.3.

Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet comportare &c. Eſa.41.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum, nec habeas ſuper illo peccatum. Leuit.19

Cũ repetes à proximo tuo aliquã rem quam debet tibi, non ingredieris eius domũ, ut pignus auferas. Deut.24.

Leuit.19. Non facies calumniam cum proximo, nec ui op-
primes eum.

2.Eſd.4. Neæmias mandauit Iſraelitis, qui ob annonam op
pugnauerant bona ſua, ut gratis fratribus reſtitue-
rentur.

Ioann.15. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis uos inuicem
ſicut ego dilexi uos.

Mat.22. Dilige proximũ tuũ ſicut te ipſum. Lu.10. Mar.12.

## OPERA MISERICORDIAE.

Pro.21. FAcere miſericordiam & iudicium magis placẽt
domino quàm uictimæ.

Ezec.18 Et uir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſti-
ciam, & hominem non contriſtauerit.

Oſeæ.6. Miſericordiã uolo, & nõ ſacrificiũ. Mat.9. & 12.

Eccle.35. Et qui facit miſericordiam, offert ſacrificium.

Mach.7 Iudicium uerum iudicate, miſericordiam & mi-
ſerationes facite unuſquiſq; cum fratre ſuo.

Matt.25 Quàm diu nec feciſtis uni de minoribus his, nec
mihi feciſtis.

Mich.6. Facere iudicium, & diligere miſericordiam.

Mar.12. Diligere proximum ſuũ ut ſeipſum, plus eſt quàm
uniuerſa holocauſtomata & uictimæ.

## OPERA TESTIMONIA FIDEI.

2 Pet.1. FRatres magis ſatagite, ut per bona opera cer-
tam ueſtram uocationem & electionem ue-
ſtram faciatis.

De his

De his te confirmare,ut curent bonis operibus præ Titum.3.
eſſe,qui credunt deo.

In omnibus bonam fidem oſtendentes, ut doctrinã Titum.2.
ſaluatoris noſtri dei ornent in omnibus.

Cæpit Ieſus facere & docere. Act.1.

Formam habe ſanorum uerborum, quæ à me audi 2.Tim.1.
ſti in fide & dilectione in Chriſto Ieſu.

In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum Titum.2
operum in doctrina,in integritate,in grauitate, uer-
bum ſanum irrepræhenſibile.

Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant Matth.5.
opera ueſtra bona,& glorificent patrem ueſtrũ, qui
eſt in cælis,Mar.4.Lucæ.8.

Vt digne ambuletis uocatione, qua uocati eſtis cũ Ephe.4.
omni humilitate & manſuetudine &c.

Vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam ha- 2.Cor.9.
bentes,abundetis in omne opus bonum.

## ORATIO QVALIS.

OBſecro igitur primum omnium fieri obſecra- 1.Tim.2.
tiones,orationes,poſtulationes,gratiarũ acti-
ones,leuantes puras manus,ſine ira & diſceptatiõe.

Mulier crede mihi,quia ueniet hora, quando neq; Ioan. 4.
in monte,neq; in Hieroſolymis adorabitis patrẽ: ſed
ueniet hora,& nunc eſt,quãdo ueri adoratores ado
rabunt patrem in ſpiritu & ueritate &c.

In omni deprecatione & obſecratione orantes Ephe.5.

omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilantes in omni instantia.

1.Thc.5. Sine intermiſſione orate, in oibus gratias agite.

Lucæ.6. Exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei.

Lucæ.5. Ipſe autem ſedebat in deſertum, & orabat.

Neæmias miniſtrat regi, atq; ad interrogata nec reſpondebat, & tamen non minus ceſſat orare deum.

Matt.14. Et dimiſſa turba, aſcendit in montem orare.

ORATIO NON VACILLET.

Marc.11. OMnia quæcunq; orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient uobis.

Iacobi.1. Poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & dabitur ei: poſtulet autem in fide, nihil hæſitans.

Matt.21. Amen amen dico uobis, ſi fidem habueritis, & nõ hæſitaueritis, & omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis.

Lucæ.11. Cũ oratis, dicite. Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum &c.

ORARE DEBEMVS PRO INVICEM, ETIAM PRO INIMICIS.

Gen.14. LEuo manum meam ad dominum deum excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ, quod &c.

1.Re.12. Abſit autem à me hoc peccatum à domino, ut ceſſem orare pro uobis, et docebo uos uiã bonã & rectã.

Domine

Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Act. 7.

Deprecatus eſt Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus. 2.Re.12.

Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint, id eſt, maledixerint in cordibus ſuis &c. Iob.1.

Ora pro nobis dominū, quoniā mulier ſancta es, & timens deū. Et orate ut firmū faciat deus conſiliū meū nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad dn̄m noſtrū. Iudith. 8

Orate pro inuicem, ut ſaluemini. Iob.5.

Orantes omni tempore in ſpiritu, pro omnibus ſanctis, & pro me. Ephe.6.

Nam oratio iuſti hominis multū ualet: Sic Helias orauit, ut non plueret, & non pluit per tres menſes, & rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam. 3.Re.17. & 18. 4.Reg.1.

Deprecatus eſt Iſaac pro uxore ſua, eo quod eſſet ſterilis. Gene.15.

Orauerūt pro ipſis, ut acciperent ſpūm ſanctum. Actu. 8.

Egreſſus Moſes, tetendit manus ad dominum, & ceſſauerunt tonitrua & grando. Item. Exo.8.32.17. Exod.9.

Pater dimitte illis, neſciunt quid faciūt. His uerbis orauit ipſe Christus pro inimicis ſuis. Luc.23.

Dixerūtq; ad Samuelē: ne ceſſes pro nobis clamare ad dn̄m deū noſtrū, ut ſaluet nos de manu philiſtinorū 1.Reg.7.

## ORANDVM EST IN AFFLICTIONIBVS.

ORatio autem fiebat ſine intermiſſione ab Ecclesia Actu. 12.

cleſia ad deum pro Petro, ſcilicet, coniecto in uincula ab Herode.

Luc. 22. Orate ne intretis in tentationem, & factis in agonia, prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Actu. 7. Lapidabant Stephanum inuocantem & dicentē: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum.

Ionæ. 2. Orauit Ionas ad dominum deum ſuum de utero piſcis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me.

Dani. 9. Oraui ad dominum deum meū, & confeſſus ſum, & dixi: Obſecro domine deus magne &c. Dani. 13. 3.

Neæmiæ Eſdr. 2. Sedi & fleui, & orabam ante faciem cœli, & dixi: Quæſo dn̄e cœli, & fortis, magne atq; terribilis.

## ORATIO SPIRITVALIS.

Matt. 6. ET cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes.

Exp. 14. Moſe anguſtatus, ſed tamen in domino confiſus, licet non præmiſſa uoce, & oratione uocati, clamauerit, tamen auditus à domino. Quid clamas ad me?

Eccle. 5. Pauci ſunt ſermones tui coram domino.

Eſaiæ. 1. Cum multiplicaueris orationem, non exaudiam.

Ioan. 4. Deus adoratur in ſpiritu & ueritate.

1. Reg. 1. De Anna legitur, quod loquebatur in corde ſuo, & labia eius non mouebantur, & uox eius penitus non audiebatur.

Pſallam

Pſallam ſpiritu, pſallam & mente, orabo ſpiritu, orabo & mente. 1. Cor. 14.

## ORANDVM SEMPER.

OPortet ſemper orare, & non deficere. Luc. 18.

Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. 1. The. 5.

Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes. Rom. 12.

Orationi inſtate, uigilantes in ea gratiarum actione orantes. Coloſ. 4.

Orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilantes, in omni inſtantia & obſecratione. Ephe. 6.

Vigilate & orate, non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Mat. 26. Mar. 14.

Cor ſuum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum, qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Eccl. 39.

Nō impediaris, ora ſemper, & ne uerearis uſq; ad mortem iuſtificari ante orationem præpara animā. Eccl. 18.

Dixeruntq; ad Samuelem: Ne ceſſes orare & clamare pro nobis ad dominum deum noſtrum, ut ſaluet nos de manu Philiſtinorum. 1. Reg. 7.

## ORATIO CHRISTIANORVM FIT SOBRIA.

HVmiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Pſal. 34.

Tobiæ. 12 Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleæmoſyna ma/gis eſt quàm theſauros auri recondere, quoniam eleæmoſyna à morte liberat, & facit inuenire uitam æternam.

Act. 10. Orationes tuæ & eleæmoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu dei.

Eccle. 7. Exorare & facere eleæmoſynam ne deſpicias.

ORARE OPORTET VNANIMITER ET HVMILITER.

Actu. 4. VNanimiter leuauerunt uocem ad deum, & dixerunt. Domine tu qui feciſti cœlũ & terrã.

Actuũ. 1. Orantes dixerunt. Tu domine qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris &c.

Actu. 20 Et cum hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cũ omnibus illis, magnus autem fletus factus eſt omniũ.

ORANDVM SIMPLICITER.

Eccl. 35. ORatio humiliantis ſe in nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur, & non deſcendet, donec altiſſimus aſpiciat.

Matt. 8. Leproſus ueniens, adorabat eum, dicens. Domine ſi uis, potes me mundare.

Ibidem. Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum me/um, ſed tantum dic uerbum, & ſanabitur puer meus.

Lucæ. 18 Publicanus longe ſtans, nolebat nec oculos ad cœ/lum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens. Domine propitius eſto mihi peccatori.

Orandum

## ORANDVM, VT PRAEDICATORES VERBI DEI LIBERE LOQVANTVR.

ORantes pro me,ut detur mihi ſermo in apertione oris mei,cum fiducia notum facere myſterium euangelij,pro quo ligatione fungor.

Orate pro nobis,ut ſermo dei currat, & clarificetur ſicut apud uos,& ut liberemur ab importunis & malis hominibus. 2.The.3.

Orantes ſimul pro nobis,ut deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti. Coloſ. 4.

Rogate autem dominum meſſis,ut mittat operarios in meſſem ſuam. Lucæ.10.

Et nūc domine aſpice in minas eorū, & da ſeruis tuis , ut cum omni fiducia loquantur ſermonē &c. Actu.4.

## OBEDIENTIA MELIOR VICTIMA.

MElior enim eſt obedientia quàm uictima, & auſcultare magis quàm offerre adipē arietū. 1.Reg.15.

Scindet regnū tuū de manu tua,quia non obediſti uoci domini,neq; feciſti iram furoris domini &c. 1.Reg.28

Vir obediens,loquitur uictorias. Pro.21.

Qui cuſtodit præceptū,nō experietur quicquā mali. Eccle.8.

Maledictus uir qui nō audierit uerba huius &c. Hiere.11.

Multo enim melior eſt obediētia,quā ſtultorū &c. Eccle.4.

Iudicate mane iudicium , & eruite ui oppreſſum de manu calumniantis. Hiere.20

Prou.21. Facere miſericordiam & iudicium magis placet domino, quàm uictimæ.

Hier. 7. Non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatum & uictimarum, ſed hoc uerbum præcepi eis, dicens: Audite uocem meam. Vide primum cap. Eſaiæ.

MAGISTRATVI OBEDIENDVM.

Rom. 13. OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nam nõ enim poteſtas eſt, niſi à deo. Quæ autem ordinata ſunt, a deo ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit.

Titum.3. Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire.

1.Petri. 2 Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ, uel humano ſtatuto propter deum.

Mat. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt dei deo dentur.

Pſal.71. Ego dixi: dij eſtis, id eſt, iudices & doctores in populo, uidelicet, appellatione dei, & cõſtitutione ſunt tales, non hominum ordinatione.

Mat.17. Vt autem non ſcandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem illum, ſumes, da eis pro me & te.

Rom. 13. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum

tum, cui uectigal, uectigal.

Dijs non detrahes, & principi populi tui non ma/ledices. Exod. 22. Act. 23.

Omnes qui non obtemperarunt magiſtratui ſup/plicium ſumpſerunt, & puniti ſunt de Chore, Nume/ri. 16. & ſepiſſime reperiuntur exempla horum ſedi/tioſorum præcipue in libris Regum, & Actis Apoſt. Num. 16.

Vide Exodi. 18. cap. quomodo poteſtas ſæcularis inſtituta ſit. Exo. 18.

## PRINCIPIBVS QVANDO NON OBEDIENDVM.

Petrus & Iohannes reſpondentes. Si iuſtum eſt in conſpectu dei, uos potius audire quam deum, iudicate. Actu. 4.

Saul dixit, morte morieris Achimelech, tu & om/nis domus patris tui, & ait. Emiſſarijs conuertimini, & interficite ſacerdotes domini. Noluerũt autem ſer/ui regis extrudere manus ſuas in ſacerdotes domini. 1. Re. 22

Obedire deo magis oportet quam hominibus. Act. 5.

Timuerunt autem obſtetrices deum, & non fece=runt iuxta præceptum regis Aegypti, ſed conſerua/bant mares. Exodi. 1.

Matathias magna uoce dixit. Etſi oẽs gentes regi Antiochi obediũt, ut diſcedãt unuſquiſq; a ſeruitute legis patrum ſuorum, & conſentiant mandatis eius. Ego & filij mei & fratres mei obediemus legi patrũ noſtrorum 1. Mac. 2

noſtrorum propitius ſit nobis dominus, non eſt nobis utile relinquere legẽ & iuſticias dei. Non audiemus uerba regis Antiochi, nec ſacrificabimus transgredi/entes legis noſtræ mandata, ut eamus altera uia.

IRAE RESISTENDVM.

Iacobi. 5. NOlite ingemiſcere fratres in alterutrum, ut nõ iudicemini.

Pſal. 4. Iraſcimini & nolite peccare: ſol non occidat ſuper
Ephe. 4. iracundiam ueſtram.

Rom. 13. Et carnis curam ne feceritis in deſyderijs.

Eccle. 7. Ne ſis uelox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.

Roma. 6. Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali cor/pore, ut obediatis concupiſcentijs eius.

Rom. 12. Non uosmetipſos defendentes chariſſimi, ſed da=
Deut. 32 te locum iræ: Scriptum eſt enim. Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus.

CHRISTO OMNIA SVBIECTA SVNT.

Pſal. 8. OMnia ſubieciſti ſub pedes eius, oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi.

1. Cor. 15. Omnia ſubiecit pater ſub pedes eius, præter ſe &c.

Mat. ult. Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & in terra.

Epheſ. 1. Supra omnem principatũ conſtituens ad dexterã ſuam in cœleſtibus, & uirtutẽ & dominationem.

Ioann. 13. Omnia dedit ei pater in manus, & quia a deo ex=iuit.

Conſtituiſti

Conſtituiſti eum ſuper omnia opera manuum tua-rum, & omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Hebr. 2.

Ita pater quoniam ſic placidum fuit, ante omnia mihi tradita ſunt à patre meo &c. Matt. 11.

Sede a dextris meis, quoadusq; ponā inimicos tu-os ſcabellum pedum tuorum. Hebre. 1. Pſal. 109

Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Lucæ. 10.

Apoc. 1. Daniel. 7. 1. Petri. 3. Ioan. 3. 16. Eſai. 33.

## SOLLICITVDO IN DEVM CONIICIATVR.

Omnem ſollicitudinem proiicientes in eū, quo-niam ipſi eſt cura de uobis. 1. Petr. 2.

Contenti præſentibus, ipſe enim dixit: non te deſe-ram neq; derelinquam. Hebr. 13.

Non affliget dominus fame animam iuſti, & inſi-dias impiorum ſubuertet: Producis iumentis fœnum, & herbam ſeruituti hominum. Dante te illis, colli-gent, aperiente te manum tuā, oīa cōplebuntur &c. Prou. 10.

Benedictio domini diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio. Ibidem.

Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, qđ ignorabas tu. Deut. 8.

Nihil ſolliciti eſtis, ſed in omni oratione & obſe-cratione cum gratiarumactione. Philip. 4

Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manduca-bimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur &c. Matt. 6.

2.Cor.9. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & pa-
nem ad manducandum præſtabit &c,

Matt.16. Quid cogitatis inter nos modice fidei, quia panes
non habetis? Nondum intelligitis, neq; recordamini
quinq; panum in quinq; milia hominum, & quot Co-
phinos ſumpſiſtis?

Pſal.54 Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enu-
triet: & non dabit in æternum fluctuationem iuſto.

OMNIBVS PROPHETARE LICET.

Iohel. 2. Act. 2. ET erit in nouiſſimis diebus, dicit dominus. Ef-
fundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem,
& prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ, & uide-
bunt uiſiones &c.

Eccle. 5. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo tuo.

Deut.32. Ponite corda ueſtra in omnia uerba mea, quæ ego
teſtificor uobis hodie, ut mandetis ea filijs ueſtris cu-
ſtodire.

1.Cor.14. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri
dijudicent &c.

Deut.6. & .11. & Eruntq; uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in
corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis.

4. ORDINATIO PRAESBYTERO-
RVM OLIM QVOMODO
FIEBAT.

1.Tim.5. MAnus cito nemini impoſueris, neq; cõmuni-
caueris peccatis alienis.

Orantes

Orantes imponentesq; eis manus, dimiſerũt illos, Actu. 13.
& ipſi quidem miſſi à ſpiritu ſancto.

Impoſitionis quoq; manuum, ut reſuſcites gratiã, 2. Tim. 1.
quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum.

Apoſtoli manus imponunt accepturis ſpiritum Actu. 8.
ſanctum. Act. 9. Exo. 29.

## ORPHANORVM PATER DEVS.

Liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui Pſal. 71.
non erat adiutor, parcet pauperi & inopi, & animas pauperum eorum ſaluas faciet.

Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pu Pro. 23.
pillorum ne intres: propinquus enim illorũ fortis eſt, & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum.

Facit iudicium pupillo & uiduæ, amat peregrinũ, Deut. 10.
& dat ei uictum atq; ueſtitum.

Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & uiduam, Pſal. 145.
ſuſcipiet, & uias peccatorum diſperdet.

Turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & Pſal. 67.
iudicis uiduarum.

Tibi derelictus eſt pauper, orphanorum tu eris Pſal. 9.
adiutor.

Non derelinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Ioan. 14.

Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribẽtes iniu= Eſai. 10.
ſticiam ſcripſerunt, ut opprimerent in iudicio pauperes: & uim facerent uiduæ, & cauſæ humilium populi mei, ut eſſent uiduæ præda eorũ, & pupillos diriperent.

Sapiẽ.2. Opprimamus pauperem iſtum, & non parcamus uiduæ, nec reuereamur canos multi temporis.

Scriptura plena eſt huiuſmodi locis, quia orphani & uiduæ ſunt imbecilles coram mundo, quam ob cauſam dominus protector eorum eſt.

## SCVLPTILIA CONFRINGENDA.

Deut.7. ARas corũ ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucoſq; ſuccidite, & ſculptilia comburite.

Deut.12. Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eritis: diſſipate aras corũ, confringite ſtatuas, lucos igne cõburite, & idola cõminuite.

Exo.34. Aras eorũ deſtrue, cõfringe ſtatuas, lucoſq; ſuccide

4.Re.11. Ingreſſus eſt omnis populus terræ templum Baal, & deſtruxerunt aras eius, & imagines contriuerũt ualidæ.

2.Par.14 Aſſa fecit quod placidum erat in cõſpectu dei ſui, & ſubuertit altaria &c.

4.Re.23. Altare illud excelſum deſtruxit, & combuſſit, & comminuit in puluerem.

2.Par.23 Ingreſſus eſt omnis populus domum Baal, & deſtruxerunt eam, & altaria, & ſimulachra illius confregerunt.

## PRAEDESTINATIO.

Exod.33. EGo oſtendam omne bonum tibi, & uocabor in nomine domini corã te, & miſerebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.

Domini enim ſententia fuerat, ut iudicarentur cor da eorum, & pugnarent contra Iſrael, & caderent: & non mererentur ullam clementiam, ſed ut perirēt. Ioſue. 11.

Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt domi nus: Impium quoq; ad diem malum. Pro. 16.

Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui ope ratur omnia ſecundū conſilium uoluntatis ſuæ. Epheſ. 1.

Repromiſſionem accipiant, qui uocati ſunt æter næ hæreditatis. Hebr. 9.

Et crediderunt quotquot erant præordinati ad ui tam æternam. Act. 13.

Dilexi uos, dicit dominus, & dixiſtis, in quo dile xiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit domi nus, & dilexi Iacob: Eſau autem odio habui. Malac. 1.

Nō uolentis eſt neq; currentis, ſed miſerentis dei. Rom. 9.

Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis. Ioan. 17.

Domini autem nutu diſſipatum eſt conſiliū Achi tophel utile, ut induceret dominus. 2. Re. 17.

Vocauit uos uocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundū propoſitū ſuū, & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante æterna tēpora. 2. Tim. 1.

Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt? & unus ex illis non cadet ſuper terrā ſine patre ueſtro: Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Math. 10.

Nemo poteſt uenire ad me, niſi fuerit ei datum, Ioan. 6.

*aut niſi pater traxerit eum.*

Ezec.24. *Sed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te.*

Roma.11. *In hoc tempore reliquiæ ſecundum electionē gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt, quod quærebat Iſrael, hoc nō eſt conſecutus.*

3.Reg.12 *Non acquieuit Rhoboam populo, quoniam aduerſatus fuerat eum dominus, ut ſuſcitaret uerbum ſuum quod locutus erat.*

Prou.21. *Sicut diuiſiones aquarū, ita cor regis in manu domini: quocunq; uoluerit inclinabit illud.*

Epheſ.1. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.*

Prou.20. *A domino dirigūtur greſſus uiri, quis autē hoīm?*

2.The.2. *Quod elegerit ab initio in ſalutem, in ſanctificatione.*

Ioan.15. *Ego uos elegi, & poſui uos ut eatis, & fructum*
& .6. *afferatis. Omne qđ dat mihi pater, non eijciam foras.*

2.Tim.2. *Cognouit dominus qui ſunt eius.*

Deut.29 *Non dedit uobis dominus cor intelligens, & oculos uidentes, & aures quæ poſſint audire.*

Prou.16. *Cor hominis diſponit uiam ſuam; domini autē eſt dirigere greſſus ſuos.*

Deut.2. *Noluit Sion rex Eſebon dare nobis tranſitū: quia indurauerat dominus deus tuus ſpiritū eius, & obfirmauerat cor illius.*

Ioan.6. *Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent credituri.*

Cum auertiſſet humerum ſuum, ut abiret à Samu- 1.Reg.10.
ele, immutauit ei dominus cor aliud.

Filij Heli non audierunt uocem patris ſui, quia uo 1.Reg.12
luit dominus occidere eos.

## PECCATORES SVMVS OMNES NATVRA.

SEnſus enim & cogitatio humani cordis in ma- Gene.8.
lum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt, nul Pſal. 13.
lus eſt iuſtus, ne unus quidem.

Videns autem deus, quod multa malicia hominum Geneſ.6.
eſſet in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.

Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Hiere.2.
Borith, maculata es in iniquitate tua coram me.

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Roma.3.

Scio enim quia præuaricans præuaricaueris, & Eſa. 48.
transgreſſorem ex utero uocaui.

Gramẽ ſeminis mali ſeminatũ eſt in corde Adam 4.Eſd.4.
ab initio, & quantum impietatis generauit uſq; nũc. Nos omnes pleni ſumus impietate.

Vidit præſumptionem cordis eorum: quoniam ma- Eccle.18.
la eſt, & cognouit ſubuerſionem, quoniã nequam eſt.

Iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorũ om- 3.Eſd. 4.
nia opera, & non eſt in ipſis ueritas.

Quid eſt homo, ut immaculatus ſit, & ut iuſtus Iob.15.

 apparcat

apparcat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius, nemo immutabilis, & cœli non ſunt mundi in conſpectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibet quaſi aquam iniquitatem.

Pſal. 5. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum.

Hier. 17. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile.

Pſal. 115. Omnis homo mendax.

Eccle. 7. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonũ, & non peccet.

1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.

Exo. 34. Auferas iniquitatem, & ſcelera atq; peccata, nullusq; apud te per ſe innocens eſt.

Matt. 19. Nemo bonus niſi unus deus ſolus. Mar. 10. Lu. 18.

Pſal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

Pro. 20. Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato.

Eccle. 8. Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, neq; improperes ei, memẽto quoniam omnes in corruptione ſumus.

Eſa. 64 Et facti ſumus ut immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ mulieris.

Ephe. 2. Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.

Rom. 11. Concluſit enim deus omnia in incredulitatem, ut

*omnium miſereatur.* Oſeæ.4.Pſal.31.Pſal.57.

*Alienati ſunt peccatores à uulua errauerunt ab utero, locuti ſunt falſa.* Pſal.57

PECCATVM PVNIT PECCATVM ET EXCAECAT HOMINEM.

*NEc mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam.* Ezec.24.

*Omnia hæc mala uenient propter malitiam cogitationum ueſtrarum.* Hiere.4.

*Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos, & deum ueſtrum & peccata ueſtra abſconderunt faciem eius à uobis, ne exaudiret.* Eſai.59.

*Quorum autem cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum uiam in capite ſuo ponã, dicit dominus deus.* Ezec.11.

*Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter peccata tua dura feci hæc tibi.* Ezec.30

*Excæcauit enim illos auaritia & malitia eorum.* Sapiẽ.2.

*Et ſicut non probauerũt deũ habere in noticia, tradidit illos deus in reprobrũ ſenſum, ut faciant ea quæ nõ conueniũt, repletos omni iniquitate, malitia &c.* Roma.1.

*Mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes &c.* Ibidem.

IVSTIFICATIONIS INITIVM NON PENES NOS EST.

*COnfidens in hoc ipſum, quia qui cæpit in no=* Philip.1.

bis opus bonum, perficiet uſq; in diem Chriſti.

Coloſ. 1. Secundum operationẽ eius, quam operatur in me uirtute. Qui idoneos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine ſanctorum.

Philip. 2 Deus eſt enim qui operatur in uobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Pſal. 79. Et perfice eam quam plantauit dextera tua, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

Hier. 17. Sana me domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es.

Pſal. 85. Da potentiam tuam ſeruo tuo, id eſt, robur ſpiritus, ut poſſim in te perſiſtere, uel inuitis portis inferorum. Hiere. 31. Pſal. 79, 85. 118.

## PRINCIPEM MALVM MERETVR POPVLI PECCATVM.

Eſaiæ. 3. ET dabo pueros principes eorum, ut effœminati dominabuntur.

Oſeæ. 13. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi.

Eſa. 29. Claudet oculos ueſtros, & prophetas & principes ueſtros, qui uident uiſionem, operient.

Eſaiæ. 1. Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligũt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa uiduæ non ingreditur ad illos.

Comedentes

Comedentes & bibentes ſurgite principes, arri- pite clypeum. Eſai. 21.

Princeps poſtulat & iudex in reddendo eſt. Et principes eius in muneribus iudicabant. Mich. 7. & 3.

Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam, ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & auare ſectando lucrum. Ezec. 22.

Cæperunt principes furere á uino, extendit manũ ſuam cum illuſoribus. Oſeæ. 7

Principes eorum in medio eorum, quaſi leones rugientes. Sopho. 3.

## PECCANS SERVVS PECCATI.

AMen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioann. 8.

Cu enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſticiæ. Rom. 6.

Libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis &c. 2. Pet. 2.

## PROPHETIAE DE CHRISTO VENTVRO.

ET erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domini in uertice montiũ, & eleuabitur ſuper colles &c. per totũ caput. Eſa. 2. 9.

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus eſt, & ipſe eſt expectatio gentium. Danielis. 9. Gen. 49. & 3.

Hier. 23. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit. Et uocabunt eum deus noſter, Gen. 22. Deut. 28.

Eſaiæ. 7 Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt deus nobiſcū. Zachariæ. 8. & 9.

Ezec. 37. Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum, Et percutiā illis fœdus pacis, pactū ſempiternum erit eis, 2. Regum. 7.

Eſa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Zion lapidem angularem, lapidem probatum. Qui crediderit non feſtinet. Agge. 2. Veniet deſyderatus cunctis gētibus.

Ezec. 37. Seruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorum: In iudicijs meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea.

Eſaiæ. 11. Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eū ſpūs domini.

## PROPHETIAE DE ANTICRISHTO ET REGNO SVO.

Marc. 13. CVm uideritis autem abominationem deſolationis ſtantē ubi non debet, qui legit intelligat.

2. Thc. 2. Quoniam niſi uenerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne &c.

Dani. 8. Cōſurget rex impudēs facie, & intelligēs propoſitiones, & roborabitur fortitudo eius, ſed nō uiribus.

Gladius

Gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculũ dex- Zach. 11.
trũ eius, brachiũ eius ariditate ſiccabitur. Et oculus
dexter eius tenebreſcens, obſcurabitur.

Et erit in templo abominatio deſolationis, & uſq; Dani. 9.
ad conſumationem.

Audiſtis quod Antichriſtus uenturus ſit, nunc An 1. Ioan. 2.
tichriſti multi facti ſunt, unde ſcimus, quia nouiſſima
hora eſt: ex nobis prodierunt, ſed nõ erant ex nobis.

Et faciet iuxta uoluntatem ſuam Rex, & eleua- Dani. 11.
bitur & magnificabitur aduerſus omnem deum, &
aduerſus deum deorum loquetur.

Probate ſpiritus, ſi ex deo ſint, quoniã multi pſeu- 1. Ioan. 4
doprophetæ exierunt in mundum.

Adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti, quia ecce ego Zach. 11.
ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non uiſita-
bit, diſperſum nõ quæret, & contritum non ſanabit.

Beſtia quarta, regnũ quartum erit in terra, quod Dani. 7.
maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuerſam
terram. Et ſermones contra excelſum loquetur &c.

Nam myſterium iam operatur iniquitatis, tantum 2. The. 2
ut qui teneat, nunc teneat, donec de medio fiat.

## PROPHETIAE APOSTOLORVM DE PSEVDOPROPHETIS ADVENTVRIS.

Spiritus autem manifeſte dicit, quia in nouiſſi- 1. Tim. 4.
mis tẽporibus diſcedẽt quidã à fide, attendẽtes
ſpiritibus

ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypo/
criſi loquentium mendacium.

1.Ioan.4. Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed proba
te ſpiritus, ſi ex deo ſint: quoniam multi pſeudopro=
phetæ exierunt in mundum.

2.Pet.2. Fuerunt uero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut
& in uobis erunt magiſtri mendaces, qui introducēt
ſectas perditionis.

2.Tim.3 Hæc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſta=
bunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos
amantes, cupidi uoluptatum amatores, magis quàm
dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, uirtutem ab=
negantes.

Epiſtola Iudæ. Subintroierunt enim quidam homines, qui olim
præſcripti ſunt in hoc iudicium impij, domini noſtri
gratiam transferentes in luxuriam.

Philip.3. Videte canes, uidete malos operarios, uidete ope=
rarios conciſionem.

2.Tim.4. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam nō ſu/
ſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi ma/
giſtros prurientes auribus, & à ueritate quidem audi
tum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

2.Pet.3. Hoc primum ſcientes quod uenient in nouiſſimis
diebus in deceptione illuſores iuxta proprias concu-
piſcentias ambulantes, dicentes. Vbi eſt promiſſio aut
aduentus eius. Act.20.2.Cor.11.Rom.16.

Prædicato/

## PRAEDICATORES VERBI DEI AVDIANTVR.

CRedite in domino deo ueſtro, & ſecuri eritis. 2.Par.20
Credite prophetis eius, & cuncta euenient proſpera.

Reuertimini à ueſtris peſſimis uijs, & cuſtodite 4.Re.17.
præcepta mea & cæremonias, iuxta omnem legem quàm præcepi patribus ueſtris: & ſicut miſi ad uos in manu ſeruorum meorum prophetarum.

Omnia ergo quæcunque iuſſerint uos ſeruare, ſerua Matt.23.
te & facite.

Qui uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me Lucæ.10.
ſpernit.

Qui recipit quemcunque miſero, me recipit. Ioan. 13.

Qui reijcit uos, non reijcit homines, ſed deum. 1.The.4.

Exo.18.Deut.32.33.Iob.34.Pſal.157.Eſa.49.46 Verbum
Hiere.9.5.6.31.Ezech.2.Mich.6. dei præcipitur audire.

## POENA ILLORVM QVI VERBO DEI ADVERSANTVR.

DAbo eos in uexationem uniuerſis regnis ter= Hier.29
ræ in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego eieci, eo quod non audierit uerba mea, dicit dominus: Quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas, de nocte conſurgens, & mittens & non audiſtis uos, ergo audite uerbum domini.

Noluer

Zach. 7. Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam, recedentes, & aures ſuas aggrauerunt ne audirent, & cor poſuerunt ut adamantem, ne audirent legem & uerba quæ miſit dominus exercituum in ſpiritu ſuo ſancto, per manum prophetarum priorum, & factum eſt ſicut locutus ſum, & nō audierunt: ſic clamabūt & non exaudiam, dicit dominus exercituū.

Proue. 1. Conuertimini ad correctionem meam: En proferā ſpiritum meum, & oſtendam &c.

Mat. 10. Quicunq; non receperit uos, neq; ſermones ueſtros, exeuntes foras de domo, uel ciuitate: excutitē puluerem de pedibus ueſtris. Amen dico uobis: Tollerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.

Eſa. 5. Abiecerūt legē domini exercituū, & eloquiū ſancti Iſrael blaſphemauerūt, ideo iratus eſt furor domini in populū ſuū, & extendit manū ſuā ſuper eū, & percuſſit eum.

Hiere. 11. 25. 4. Reg. 17. Eſa. 30. Ezech. 22. Hiere. 23. 2. The. 1. 1. Pet. ult. Leui. 26. Hiere. 28. 6. Matthæi. 11. Lu. 10. Mar. 6. Mat. 18. Lu. 9. Act. 14. Hier. 35. Ioan. 13. 1. The. 4. Ezec. 33. 3. Deut. 21. Pſal. 77.

## PSEVDOPROPHETAE NON AVDIANTVR.

Hier. 23. Nolite audire uerba prophetarum, qui prophetant uobis, & decipiunt uos, uiſionem cordis

ſui

ſui loquuntur, non ore domini.

Propheta qui arrogantia loqui uoluerit, quæ ego non præcepi illi, ut diceret &c. Deut. 18.

Non audies uerba prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat uos dominus deus ueſter, ut palàm fiat, utrum diligatis eum an non. Deut. 13.

Nolite audire uerba prophetarũ, dicentiũ: Vobis non ſeruietis regi Babylonis. Hier. 27.

Nõ uos ſeducant prophetæ ueſtri, qui in medio ueſtrum, & diuini ueſtri: & ne attendatis ad ſomnia ueſtra, quæ uos ſomniatis, quia falſi ipſi prophetant uobis in nomine, & non miſi eos, dicit dominus. Hier. 29.

## PSEVDODOCTORES QVOMODO OBIVRGANDI.

INcrepa illos dure, ut ſani ſint in fide. Titum. 1.

Prædica uerbũ, inſta oportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. 2. Tim. 4

Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Hie. 48.

Dura ceruice & incircumciſis cordibus & auribus, uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres ueſtri, ita & uos. Actu. 7.

Chriſtus uocat phariſæos cæcos, ſtultos, hypocritas, aliàs generationem prauam, adulterã, filios diaboli. Matt. 23.

Paulus Galatas uocat inſenſatos: Græcos malas beſtias, uentres pigros, pſeudoapoſtolos, canes, malos operarios. Ioan. Baptiſta uocat phariſæos genus uiperinũ, & geniminam. Galat. 3. 1. Cor. 15. Philip. 3. Math. 3.

Eſaias

Eſa.1.7. Eſaias principes Iſráel fures, homicidas, ſceleſtes,
& .28. illuſores, caudas fumigantium ticionum uocat.
Mich.4. Micheas appellat eos pingues uaccas. Item. 2. Pe-
tri. 2. & in Epiſtola Iudæ, Chriſtus nuſquàm non in-
uehitur in phariſæos.

PSEVDOPROPHETAE A DOMI-
NO MITTVNTVR.

Ezec.14. ET propheta cũ errauerit, & locutus fuerit uer-
bum, ego dominus dæcepi prophetam illum.
Oſeæ.9. Scitote Iſrael, ſtultum prophetam, inſanum uirũ,
ſpiritalem, propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, &
multitudinem amentiæ.
Eſa.29, Claudet oculos ueſtros, & prophetas & princi-
pes ueſtros, qui uident uiſionem, operient.
3.Re.22 Ego decipiam illũ. Egrediar & ero ſpiritus men-
dax in ore omnium prophetarum eius.
Hiere.4 Erit in die illa, peribit cor regis, & cor principũ,
& obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſterna-
buntur.

POENA SEQVETVR IMPIOS
DOCTORES.

2.Tim.3. HIi qui reſiſtunt ueritati homines corrupti men-
te, reprobi circa fidem, ſed ultra nõ perficiẽt.
Inſipientia enim eorum manifeſtata erit omnibus, ſi-
cut & illorum fuit.
Eſaiæ.9. Omnis uiolenta prædatio cum tumultu, & ueſti-
mentum

mentum mixtum ſanguine erit in conbuſtionem, & cibus & ignis.

Flens dico inimicos crucis Chriſti, quorū finis interitus, quorum deus uenter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Philip.3.

Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. 2.Tim.3.

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat ſimulationem, poſt dies & annum, & uos conturbamini confidentes. Eſai. 32.

Quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. 2.Pet.2.

Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt, in cordis ægeſtate morientur. Sapientes abſcondunt ſcientiam, os autē ſtulti confuſioni proximū eſt. Prou.10.

## POENA PROHIBENTIVM PROPHETARE.

SVſcitaui de filijs ueſtris in prophetas, & de iuuenibus ueſtris Nazaræos, & propinabitis uinū Nazaræis & prophetis. Ecce ego ſtridebo ſubter uos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. Amos.2.

Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorū, ſimilem tibi, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autē uerba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor exiſtam. Deut.18.

## PROMISSIONES VETERIS TESTAMENTI.

Gen. 22. IN ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ.
26. 28. Orietur ſtella ex Iacob, & cõſurget uirga de Iſ-
Num. 24 rael, & percutiet duces Moab.
2. Re. 7 Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de
1. Par. 17. utero tuo, & firmabo regnum eius.
Deut. 18 Prophetam ſuſcitabo de medio fratrum ſuorum
ſimilem tui, & ponam uerba mea &c.
Gen. 15. Suſcipe cœlum, & numera ſtellas, ſi potes: & di-
9. 17. xit dominus: Sic erit ſemen tuum.
Pſal. 131. Hiere. 30. 33. Eſai: 11. & 7.

## PROMISSIONES NOVI TESTAMENTI.

Rom. 4. ABraham præter ſpem ſub ſpe credidit, ut fie-
ret pater multarum gentium.
Actu. 2. Vobis enim eſt repromiſſio & filijs ueſtris, & om-
nibus qui longe ſunt, quoſcunq; aduocauerit domi-
nus deus noſter.
Heb. 7. Promiſſiones Abrahæ, nempe promittens deus,
quoniam neminem habuit, per quem iuraret maiorẽ,
iurauit ꝑ ſemetipſum, dicẽs: Niſi benedicẽs benedicã.
Rom. 9. Nõ enim omnes qui ex circumciſione ſunt Iſrael,
hij ſunt Iſraelitæ, neq; qui ſemen ſunt Abrahæ omnes
filij, ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemen.
2. Pet. 1. Qui uocauit nos propria gloria & uirtute, per
quem

quem maxima & præcioſa nobis donauit.

Hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis uitam æternam. 1. Ioan. 2.

POENITENTIA VERA.

POſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid, eo quod abſcidiſſet oram chlamidis Saul ſilenter. Dixitq; ad uiros ſuos: Propitius ſit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo Chriſto domini, ut mittam manum meam in eum, quia Chriſtus domini eſt. 1. Re. 24.

Ego ſum qui peccaui, & ego inique egi, iſti qui oues ſunt, quid fecerunt, uertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. 2. Reg. 12. 2. Re. 24 1. Par. 21.

Si pœnitentiā egerit gens illa à malo ſuo, qđ locutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiā ſuper malo, quod cogitaui, ut facerem ei &c. Hiere. 18

In fletu uenient, & in miſericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarum in uia recta. Hier. 31.

Nec mundaberis donec quieſcere faciam indignationem furoris mei. Ezec. 24

Quæ enim ſecundum deum triſticia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Ezech. 18. 2. Cor. 7

POENITENTIA FALSA.

PHarao miſit, & uocauit Moſen & Aaron, dicēs ad eos: Peccaui etiamnunc dominus iuſtus? & ego & populus meus impij. Orate dn̄m, ut deſinant tonitrua dei, & grando, ut dimittam uos &c. Exod. 9.

1.Reg.15. Peccaui, ait Saul: ſed nunc honora me cum ſenioribus populi mei, & coram Iſrael, & reuertere mecũ ut adorem dominum deum tuum. Peccaui? quia præuaricatus ſum ſermonem domini, & uerba tua, timẽs populũ, & obediens uoci eorum.

Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear Ecce eijcies me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero uagus, profuguſq;.

Mat. 27. Iudas ait. Peccaui? tradens ſanguinem iuſtum.

Pœnitentia humana. Pœnitentia iſtæc proprie eſt impiorum, quæ corã deo nõ eſt pœnitentia, Siquidẽ dolẽt damna rerũ, & animi anguſtiam, in quam ſentientes, iam dei iudiciũ inciderunt, à qua anguſtia ſi poſſint liberari, in æternum condemnarent. Sic & Cain uolebat abeſſe tremorem, in quem inciderat, ſed ueniam delicti ex animo rogare non potuit. Sic Saul in anguſtia depræhenſus, non deprætatus eſt, ut remitteretur contemptus dei, qui tamen anguſtiam uoluiſſet abeſſe, & cum nõ aliud uideret remedium, gladio ſe interfecit, ſicut Iudas laqueo. Quis nõ uidet Iudam tunc doluiſſe facti, quia iudicio dei intus angebatur, qui tamen peccati ueniam rogare non potuit. Vide & lege egregium de

2.Mac.9. Antiocho. 2. Machabe. 9. Hæc Pomeranus.

## PROSPERITAS, SACIETAS, RERVM QVIDNAM PARIANT.

Deut.32. INcraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus

tus, impinguatus, dilatatus, dereliquit deum factorẽ, receſſit à deo ſalutari ſuo.

Saturaui eos & mœchati ſunt, & in domo mœre- Hiere. 5.
tricis luxuriebantur, equi amatores in fœminas, &
emiſſarij facti ſunt unuſquiſq; ad uxorem proximi ſui
hinniebat.

Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt & ſaturati ſunt, Oſeæ. 13.
& eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.

Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexe- Exo. 32.
runt ludere.

Cumq; comederint & ſaturati, craſſiq; fuerint, Deut. 31.
auertentur ad deos alienos, & ſeruient eis, & bla=
ſphemabuntq; me, & irritum facient pactum meum.

Filij Iſrael educti ex Aegypto, cupiebant rurſus Num. 11.
ad Aegyptiacos piſces & pipones.

Deeſt panis, nõ ſunt aquæ, anima noſtra iam nau= Num. 21.
ſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.

Exemplũ habes in Ezechia, qui in aduerſitate per 2. Par. 32
ſeuerauit, in proſperitate defecit. 2. Para. 32. Eſa. 39. Eſa. 39.

Cumq; roboratum fuiſſet regnum Rhoboam, & 2. Par. 12
confortatum dereliquit legem domini, & omnis Iſra 2. Re. 24
el cum eo. 2. Para. 26. Sic Dauid in Hieruſalem fa=
ctus eſt adulter, homicida, & numerauit populum,
2. Regum. 24. De Abraham & Loth. Gene. 13. Item Gene. 13.
Deutero. 6. 8. Lucæ. 16. De epulone, & de auaro. Lu. 16. 12
Lucæ. 12.

## PAX SERVANDA.

Matt. 5. BEati pacifici, quoniam hij filij dei uocabuntur. Beati mites, quoniam ipſi hæreditatem accipient terræ, Matth. 5.

Hebr. 12. Pacem ſectemini in omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo uidebit dominum.

Eccle. 4. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Ro. 12. 1. Cor. 14.

Rom. 14 Quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis, alius erga aliũ, ꝓpter opus illorũ pacẽ habete cũ illis.

1. The. 5. Vnanimes ſitis, in pace agite, & deus charitatis ac pacis erit uobiſcum.

## PACIS EXEMPLA.

Ioan. 20. CHriſtus diſcipulis optat pacem, ait: Pax uobis.
Marc. 9. Vt inter ſe quoq; habeãt pacẽ, hortatur Mar. 9.
Ioan. 14. Ioan. 14. Habete inter uos inuicem ſalem & pacem.

Roma. 1. Paulus optat pacem omnibus eccleſijs, quibus ſcribit gratia & pax.

Ioan. 13. In hoc cognoſcent homines quod uere diſcipuli mei ſitis, ſi dilexeritis inuicẽ ſimiliter diſceſſurus ab eis nihil aliud relinquit niſi pacem, dicens: Pacem relinquo uobis.

Eſai. 53. Quàm pulchri pedes euangelizantium pacem.

## PACIS INTERNAE PROMISSIONES.

Eſaiæ. 2. ET conflabunt gladios in uomeres, & lanceas in falces.

Et ſedebit uir ſubtus uineam ſuam, & ſubtus ficũ ſuam, & non erit qui deterreat eum. Mich. 4.

In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Hier. 23. & 33.

Dormire faciam eos fiducialiter. Oſeæ. 2.

Et erit opus iuſticiæ pax, & cultus iuſticiæ ſilentium, & ſecuritas uſq; in ſempiternũ. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Ad hunc modũ prophetæ deſcribũt regnũ Chriſti fore regnũ ſecuritatis &c. Eſai. 32. Eſa. 66

## PARENTVM EST DOCERE PVEROS.

Patres noſtri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorũ, et in diebus antiquis. Pſal. 43.

Eruntq; uerba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis. Deut. 6.

Docete filios ueſtros, ut illa meditentur. Deut. 11.

Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, ut letetur in nouiſſimo ſuo. Eccle. 30

Erudi filium tuum, ne deſperes, ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Pro. 19.

Patres ne prouocetis ad irã liberos ueſtros, ſed educetis eos per eruditionem, & correptionem domini. Ephe. 6.

Doceatisq; filios Iſrael omnia legittima mea, quæ locutus ſum ad eos per manum Moſi. Leuit. 10.

Qui docet filium ſuũ laudabitur in illo. Qui do= Eccle. 30

ect filium ſuum, in zelum mittit inimicum, & in me-
dio amicorum gloriabitur in illo.

Coloſ. 3. Patres ne prouocetis liberos ueſtros, ne deſpondet-
ant animum.

Eccl. 30. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpi-
tudinem illius offendas.

Prou. 13. Qui parcet uirgæ, odit filium ſuum.

Pro. 23. Si percuſſeris eum uirga, non morietur. Deut. 4
Leuitici. 15.

Pro. 22. Stulticia colligata eſt in corde pueri, & uirga di-
ſciplinæ fugabit eam.

PARENTIBVS OBEDIENDVM.

Exo. 20. HOnora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis
longeuus ſuper terram.

Leuit. 19 Vnuſquiſq; patrem ſuum & matrem ſuã timeat.

Eccle. 3. Iudicium patris audite filij dilecti, & ſic facite ut
ſalui ſitis. Qui honorat patrem ſuum iocundabitur.

Ephe. 6. Filij obedite parentibus ueſtris in domino, nam id
iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem, quod eſt
præceptum primum in promiſſione, ut bene ſit tibi,
Exo. 20. & ſis longeuus in terra.

Coloſ. 3. Filij obedite parẽtibus in omnibus, hoc enim bene
placet domino.

Deut. 5. Honora patrem & matrem, ſicut præcepit tibi do-
Matt. 15. minus deus tuus, ut longo tempore uiuas.

Exo. 21. Qui percuſſerit patrem aut matrem, morte mori-

etur

etur: qui maledixerit patri uel matri morte moriatur.

Maledictus qui non honorat patrem ſuum & ma- Deut. 27.
trem ſuam. Leuit. 20. Pro. 6. 15. 20. 23. 28. Eccle. 3.
7. 23. Iud. 9.

Heli male educans filios cæcidit de ſella. Et Ado- 1. Reg. 4.
nias filius Agith, eleuabatur, dicens: Ego regnabo, 3. Reg. 1.
nec corripuit enim pater ſuus aliquando, dicens: Qua
re hoc feciſti?

## PATIENTIA.

IN mundo afflictionem habetis, ſed bono animo ſi- Ioan. 16.
tis, ego uici mundum.

Per tollerantiam curramus in propoſito nobis cer- Hebr. 12.
tamine, reſpicientes ad fidei ducem & conſumatorem
Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio pertulit crucem, ig-
nominia contempta.

Quæ eſt enim fortitudo mea, ut ſuſtineam: aut Iob. 6.
quis finis meus, ut patienter agam.

Nam reputo non eſſe pares afflictiones præſentis Roma. 8.
temporis ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos.

Patientia uobis opus eſt, ut ubi uoluntatem dei pe- Hebr. 10.
regeretis, reportetis promiſſionem.

Tu igitur feras afflictionem, ut bonus miles Ieſu 2. Tim. 2.
Chriſti &c.

Per patientiam ueſtram poſſidete animas ueſtras. Luc. 21.

Veruntamen deo ſubiecta eſt anima mea, quoniã Pſal. 61.
ab ipſo patientia mea.

Pro. 19. Doctrina uiri per patientiam noſcitur.

Pſal. 70 Quoniam tu es patientia mea domine. Spes mea à iuuentute mea. Rom. 8, 2. Cor. 6. 2. Petri. 1. Pſal. 9. Eccle. 2. 2. Tim. 4. 1. Tim. 4. 1. The. 5. 2. Theſ. 1. Philip. 1. 2. Coloſ. 3. 2. Tim. 1. Ephe. 4. Galat. 5. Fructus ſpiritus qui ſint, Rom. 15. Hebr. 6. 12. Ioan. 16.

## PAVPERES NON OPPRIMANTVR.

Amos. 2. PRo quod uendiderit pro argento iuſtum pauperem pro calciamentis. Qui conterũt ſuper puluerem terræ, capita pauperum, & uiam humilium declinent.

Pro. 22. Non facies uiolentiã pauperi, quia pauper eſt: neq; conteras egenũ in porta, quia iudicabit dñs cauſam eius, & configet eos qui confixerũt animam eius.

Amos. 5. & 8. Pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædã electam tollebatis ab eo. Hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.

Zach. 7. Vnuſquiſq; cum fratre ſuo, & uiduam & pupillum & aduenam, & pauperem nolite calumniari, & malum uir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo.

Eccle. 4. Et oculos tuos ne tranſuertas à paupere.

Amos. 8. Audite hæc qui conteritis pauperem, & deficere faciatis egenos terræ.

Eſai. 10. Væ qui condũt leges iniquas, & ſcribentes iniuſticiam ſcripſerũt, ut opprimerẽt in iudicio pauperẽ,

&

*& uim facerent cauſæ humilium populi mei, ut eſſent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent.*

Pro. 21. Leuit. 19. Hiere. 22. 21. Iob. 24. 31. 1. The. 4. Pro. 28. & 10.

PAVCIS CONTENTI SIMVS.

*MElius eſt parum cum timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.* Prou. 15.

*Melius eſt parum cum iuſticia quàm multi fructus cum iniquitate.* 1. Tim. 6.

*Eſt autẽ quæſtus magnus, pietas cũ anima ſua ſorte contenta. Nihil enim intulimus in mundũ, uidelicet, nec auferre quicquã poſſumus: ſed habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus.* 1. Tim. 6

*Melior eſt buccella ſicca cũ gaudio, quàm domus plena cum uictimis.* Pro. 17.

PVLVIS SVMVS.

*IN ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Gene. 3.

*Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me &c.* Iob. 10.

*Virtutẽ altitudinis cœli ipſe cõſpicit, & oẽs hoĩes terra & cinis.* Gen. 18. Iob. 13. 34. Pſal. 102. Eccle. 12. Eccle. 17

POENA IDOLOLATRIAE.

EZech. 6. 14. 20. 23. 44. Sopho. 1. 2. 3. Regũ. 9. 11. 13. 4. Reg. 17. 2. Heſter. 14. 2. Para. 7. 33. 34.

Prædeſtina

## QVOMODO MITIGANDI.

2.Re.10. ESto uir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate dei noſtri; dominus autem faciet qđ bonum eſt in conſpectu ſuo.

Eſai. 10. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur, quomodo ſi eueletur uirga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui utiq; lignum eſt.

Rom. 9. O homo, tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quod me feciſti ſic? An non habet poteſtatē figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorē, aliud uero in contumeliam?

2.Tim. 2 Sed firmum fundamentum dei ſtat, habens ſignaculum hoc. Cognouit deus qui ſunt eius. In magna domo non ſolum uaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia.

Hiere.18 Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic uos domus Iſrael in manu mea.

2. Re.15. Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum. Si autem dixerit mihi, non places, præſto ſum, faciat quod bonum eſt coram ſe.

1.Par.19 Confortare agamus uiriliter pro populo noſtro, & pro uiribus dei noſtri, dominus autem quod in

conſpectu ſuo bonum eſt, faciat.

## NOVA VETERIBVS STABILIENDA.

SEgregauit in Euangelium dei, quod ante promiſerat per prophetas ſuos, in ſcripturis ſanctis de filio ſuo &c. Roma. 1.

Scrutantes quottidie ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberet &c. Actu. 17.

Scrutamini ſcripturas, q̃a uos putatis in ipſis &c. Ioann. 5.

Nunc autem ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis. Roma. 3.

De qua ſalute exquiſierunt, atq; ſcrutati ſunt prophetæ, quod uel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuncians eas quæ in Chriſto ſunt. 1. Petri. 1.

Si enim crederetis Moſi, crederetis forſitan et mihi, de me enim ille ſcripſit, & Ioan. 7. Ioann. 5.

Nũc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & prophetis per ſpiritum, ut ſint gentes cohæredes, & eiuſdem corporis, conſorteſq; promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per euangelium. Epheſ. 3.

## MENTEM DOMINI NEMO NOVIT.

QVis enim affuit in conſilio domini, & uidit & audiuit ſermonem eius. Hier. 23.

Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit? Cum quo iniji conſilium, Eſa. 40.

& quis

& quis inſtruxit eum &c.

Rom. 11. Quis enim cognouit mentem dñi: aut quis illi fuit à cōſilijs? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Eſa. 40. Neq; eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.

Sapiē. 9 Quis enim hominum poterit ſcire conſilium dei? aut quis poterit cogitare, quid uelit deus. Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam.

Hier. 32. Fortiſſime magne & potens dominus exercituū, nomen tibi magnus conſilio, & incompræhenſibilis cogitatu, cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes uias filiorum Adam.

Iob. 15. Nunquid conſilium dei audiſti, & inferior te erit eius ſapientia?

Rom. 8. Quis intentabit crimina aduerſus electos dei? Deus eſt qui iuſtificat. Quis ille qui condemnet &c?

Eſai. 55. Non enim cogitationes meæ, cogitationes ueſtræ, neq; uiæ meæ, uiæ ueſtræ, dicit dominus.

Iob. 36. Ecce deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legislatoribus. Quis poterit ſcrutari uias eius, aut quis audet dicere, operatus es iniquitatem.

## RATIONEM REDDET VNVSQVISQVE DE SEIPSO.

Rom. 14 VNuſquiſq; ueſtrū pro ſe rationem reddet deo. Vnuſquiſq; enim onus ſuum portabit, & propriam ſarcinam baiulabit.

Galat. 6. Vnuſquiſq; quodcūq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino

a domino, ſiue ſeruus ſiue liber.

Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gesſit. Coloſ. 3.

Qui autē uos cōturbat, portabit iudicium ſuum. Galat. 5.

## RELIQVIAE TANTVM SALVANTVR.

IN ueritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquā ad dominum fortem. Eſai. 10.

Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemē, quaſi Sodoma facti fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. Eſaiæ. 1.

Exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Hieruſalem, ſanctus uocabitur. Eſai. 4.

Si enim fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Eſai. 10.

Inuenit gratiam populus in deſerto, qui remanſerat gladio. Hiere. 31.

Et conuertentur, & erit in oſtenſionem ſicut Terebinthus, & ſicut quercus quæ expādit ramos ſuos, Semen ſanctum erit, id quod ſteterit in ea. Eſai. 6.

Salua domine populum tuum reliquias Iſrael, ecce ego adducam eos de terra aquilonis &c. Hiere. 31

## RATIO FIDEI REDDENDA EST.

PArati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti 1. Pet. 3.

uos

nos rationem de ea quæ in uobis eſt ſpe & fide, ſed modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam.

## RACIONI NON OBSEQVENDVM NEQVE EIVS IVDICIO.

Prou. 12. & .18. QVi confidit in cogitationibus ſuis, impie agit, Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt.

Deut. 2. Non facietis ibi quæ nos hic fecimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum uidetur.

Pro. 14. Eſt uia quæ uidetur homini iuſta: nouiſſima autẽ eius deducunt ad mortem.

Deut. 2. Non ſequeris, quod tibi bonum uidetur.

Proue. 3. Ne initaris prudentiæ tuæ in omnibus uijs eius, cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos, ne ſis ſapiens apud temetipſum.

1. Cor. 1. Mihi uero pro minimo eſt, ut à uobis dijudicer, aut ab humano iudicio, immo nec ipſum dijudico.

Prou. 12. Via ſtulti recta in oculis eius: qui autẽ ſapiens erit audit conſilia.

2. Tim. 1. Cui ſeruio à maioribus cũ pura conſcientia, quod citra omnem ullam intermiſſionem faciam.

## RESVRRECTIO MORTVORVM.

1. Cor. 15. CHriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quoniamquidem per hominem mors & per hominem reſurrectio mortuorum.

Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo

Iob. 19. die de terra ſurrecturus ſum &c.

Homo

Homo cum dormierit, nō reſurget, donec attera= tur cœlū, non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo. Iob. 14.

Scientes quod qui ſuſcitauit dominum Ieſum, nos quoq; per Ieſum ſuſcitabit, & conſtituet uobiſcum. 2. Cor. 4

Expectamus dominū Ieſum Chriſtum, qui trans= figurabit corpus noſtrum humile, ut conforme red= dat corpori ſuo glorioſo, ſecundum efficatiam. Philip. 3.

Quandocunq; Chriſtus manifeſtatus fuerit, uita noſtra, tunc & uos cū illo manifeſtabimini in gloria. Coloſ. 3.

Deus uero & dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcita bit per uirtutem ſuam. 1. Cor. 6.

Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent. Eſai. 26.

Oſſa ueſtra quaſi herba germinabunt. Eſa. 66.

Ecce ego intromittam in uos ſpiritū, & uiuetis. Ezec. 37

Ezech. 37. Matth. 22. Lucæ. 20. 1. Cor. 15. Actu. 24. Rom. 6. 1. Theſ. 4. Ioan. 5.

## RELIQVIAE PECCATI SANCTIS NON IMPVTANTVR

BEatus quorū remiſſæ ſunt iniquitates, & quo/ rum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non im/ putauit domiuus peccatum. Pſal. 31. Rom. 4.

Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iu= ſtificat: Quis eſt qui condemnet? Rom. 8.

Tu remiſiſti impietatem cordis mei: pro hac ora= bit ad te omnis ſanctus, in tempore oportuno. Pſal. 31.

Nihil ergo nunc damnationis eſt, his qui ſunt in Rom. 8.

Chriſto Ieſu,qui non ſecundū carnem ambulant,lex enim ſpiritus uitæ in Chriſto.

1.Ioan.3. Omnis qui in eo manet,non peccat, & omnis quī peccat,non uidit eum,nec cognouit eum.

Ioan. 13. Qui lotus eſt,non indiget niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus.

Totus lotus eſt præter pedes,id eſt,ſancti loti ſunt, ſanctificari cœperunt,nondum tamen euacuatum peccatum,euacuatur autem cum lauat Chriſtus, hoc eſt, cum mortificat carnē,& aſperſit nos ſanguine. Sunt autem reliquiæ peccati in pedibus,id eſt,mente, quæ agit & fert nos hoīes, & loquitur de ſpūali lotione.

Ioan. 13. Vos mundi eſtis, ut doceat quod quanquam ſit in carne peccatum,tamen gratia abſorberi,& condonari fidei,ſicut Rom. 8. docet. Nihil damnationis &c.

Fides. Fides etiam ſi nos liberat una uice ab omni culpa legis,& liberos nos facit, remanent tamen reliquiæ malarum intentionum,in corpore & animo: Sicut in

Ioann. 11. Euangelio Ioan. 11. Lazarus una uoce ex mortuis exi citabatur, uerum ſepulchralia & ligamina oportuit

Lucæ.10. poſtea etiam ſoluere: & ſemiuiuum Samaritanus obligabat,& ad ſtabulum iacere, & per omnia ſanus

Vita chriſtiana qd ſit. fieri: Vita Chriſtiana nihil alud eſt quàm expurgatio ueteris Adæ.

## F SACERDOTES DOCTI SINT.

2. Eſd. 7. Filij Hebaia,filij Accos,hi quæſierunt ſcripturā ſuam

ſuam in cenſu, & non inuenerunt, & eiecti ſunt de ſacerdotio. Dixitq; Atherſatha eis, ut non manducarent de ſanctis ſanctorũ, donec ſtaret ſacerdos doctus & eruditus. Mã nã ſné das pfrün/ nẽ brot.

Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia angelus dñi exercituũ eſt. Mala. 2.

Conſtitue iudices & præſides, ut iudicẽt omni populo, qui eſt trans flumen, his uidelicet, qui nouerunt legem dei tui. ſed & imperitos docete libere. 1. Eſd: 7. Die pfiſter im ſack halben.

SACERDOTES IGNARI DESTITVANTVR.

Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi &c. Oſeæ. 4.

Pſeudoprophetas & ſpiritum immundum auferam de terra. Zach. 13.

Vos eſtis onus, proijciam quippe uos, dicit dominus. Et propheta & ſacerdos & populus, qui dicit onus domini &c. Jr ſeyt meſt ſew. Hier. 23.

Non appropinquabunt ad me, ut ſacerdotio fungantur mihi, neq; accedent ad omne ſanctuarium meum, iuxta ſancta ſanctorum, ſed portabunt confuſionem ſuam, & ſcelera ſua quæ fecerunt. Ezec. 44

In cõſilio populi mei nõ erũt, & in ſcriptura domus Iſrael nõ ſcribentur, nec in terra Iſrael ingredientur, dicit dominus, eo quod deceperint populum meũ. Ezec. 13.

# SACERDOTES OBEDIANT REGIBVS.

4.Re.16. REx Acham ad Vriam ſacerdotem miſit exemplar, & ſimilitudinem iuxta omne opus altaris. Extruxitq; Vrias ſacerdos altare, iuxta omnia quæ præceperat rex Acham de Damaſco, ita fecit Sacerdos Vrias, donec ueniret rex.

4.Re.23. Præcepit rex Helchiæ pontifici & Sacerdotibus ſecundi ordinis, & Ianitoribus, ut proijcerent de templo domini omnia uaſa quæ facta fuerant Baal.

2.Par.19. Conſtituit Ioſaphat Sacerdotes & principes familiarum ex Iſrael, & iudicium & cauſam domini iudicarent, habitatoribus eius, præcepitq; dicens: Sic agetis in timore domini fideliter, & corde perfecto omnem cauſam.

2.Par.8. Nec prætergreſſi ſunt de mandatis regis, tam ſacerdotes quàm leuitæ ex omnibus quæ præceperat.

2.Par.29 Ingreſſi ſunt iuxta mandatum regis, tam ſacerdotes quàm leuitæ, ex omnibus quæ præceperat.

2.Par.31 Præcepit igitur Ezechias, ut præpararent horrea in domo domini. Quod cum feciſſent, intulerunt tam primitias quàm Decimas: & quodcunq; uenerat fideliter.

2.Eſd.5. Vocaui ſacerdotes, & adiuraui eos, ut facerent iuxta quod dixeram.

Sacerdotes

## SACERDOTES LEGEM DEI DOCEANT.

DOceatiſq; filios Iſrael omnia legittima mea, quæ locutus ſum ad eos per manum Moſi. Leuit.10.

Rex Aſſyriorum dicens: Ducite illuc unum de Sa- 4.Re.17.
cerdotibus, quos inde captiuos adduxiſtis, ut uadat & habitet cum eis, & doceat eos legittima dei terræ.

Et populum meum docebunt, quid ſit inter ſan- Eze.44
ctum & pollutum: & cum fuerit controuerſia ſtabũt in iudicijs meis, & iudicabunt leges meas, & præcepta mea.

Attulit ergo Eſdras legem coram multitudine ui- 2.Eſd.8.
rorum & mulierum, cunctiſq; qui poterant intelligere: & legit in eo aperte in platea, & legerunt in libro legis dei diſtincte, & aperte ad intelligendũ. Elegans caput.

Tu autem Eſdras ſecundum ſapientiam dei tui, 1.Eſd.7.
quæ eſt in manu tua, conſtitue iudices his uero, uidelicet, qui nouerunt legem dei tui. Sed & imperitos docete libere.

## SACRIFICIVM VNICVM ET VERVM NOVI TESTAMENTI.

TAlis enim decebat, ut eſſet nobis pontifex inno- Heb.7.
cens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus &c

Vnica enim oblatione perfectos effecit in perpetu- Hebr.10.
um, eos qui ſanctificantur

Hebr. 10. *Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti, ſemel peracta.*

Hebr. 9. *Non ut ſæpius offerat ſemetipſum, quemadmodū pontifex ingreditur in ſancta ſingulis annis &c.*

## SACERDOTIVM CHRISTIANVM.

1 Pet. 2. *SVperædificemini domos ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerentes hoſtias ſpirituales, acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum.*

Exo 19. *Et uos mihi eritis in regnum ſacerdotale, & gens ſancta.*

1. Pet. 2. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotiū, gens ſancta, populus acqſitiōis, ut uirtutes annūcietis eius.*

Apoc. 1. *Fecit nos regnum & ſacerdotes deo & patri ſuo.*

Apoc. 5. *Feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.*

## SACRIFICANDVM QVOTTIDIE.

Rom. 12. *PRæbeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, acceptam deo, rationalē cultū ueſtrū.*

Hebr. 13. *Beneficētiæ & communicationis ne obliuiſcamini, talibus enim uictimis placetur deo.*

1. Pet. 2. *Sacerdotium ſanctum ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptabiles domino per Ieſum Chriſtum.*

Pſal. 50. *Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non deſpicies.*

Oſeæ. 14. *Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum noſtrorum.*

Sacrificium laudis honorificabit me, & illic quo ostendam illi ſalutare dei. Pſal. 49.

In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda, id eſt, uitulos labiorū noſtrorū, ut Oſeas ſcribit. Sic hic Malach. mundā oblationē appellat. Malac. 1.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſticiæ, id eſt, mortificationis noſtræ. Pſal. 50.

Si immolor ſuper hoſtia ſacrificioq; fidei ueſtræ, gaudeo & congaudeo omnibus uobis. Philip. 2.

Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen domini inuocabo. Pſal. 115.

Quid dignū offeram domino? curuabo genu deo excelſo? facere iudiciū & diligere miſericordiam. Mich. 6.

Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo uota tua. Pſal. 49.

Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate. Eccle. 35.

Diligere proximū ſuum, ut ſeipſum, plus eſt quàm uniuerſa holocauſtomata & uictimæ. Mar. 12.

Erunt domino offerentes ſacrificia in iuſticia, & placebit domino ſacrificiū Iuda. Eſa. 1. Eccle. 31. Pro. 21. Pſal. 49. Eſa. 57. Pſal. 4. 39. Eccle. 34. Hiere. 6. Malac. 3.

## SCRIPTVRAE INTELLECTVM APERIT SPIRITVS CHRISTI.

BEatus homo quem tu erudieris domine, & ex lege tua docueris eum, id eſt, quem tu purifi= Pſal. 93.

educeris, & ex fide in fidem duxeris.

Ioan. 10. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ingredietur, & egredietur: & paſcua inueniet.

Hier. 31. Et non docebit ultra uir proximum ſuum, & uir

Ioan. 6. fratrem ſuum. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me.

Pſal. 118. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuā, & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Eſa. 22. Aperit enim ipſe, & nemo claudit: claudit & nemo aperit.

1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ dei ſunt.

Math. 16 Caro & ſanguis non reuelauit tibi Petre, ſed pater meus qui eſt in cœlis.

Eſa. 28. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos, Auulſis ab uberibus.

Apoc. 3. Qui habet clauē Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Lucæ. 4.

2. Pet. 1. Si illud prius noueritis, qđ omnis prophetia ſcriptura non ſit priuatæ interpretationis.

1. Ioan. 2. Non neceſſe habetis, ut quicquàm doceat uos, ſed ſicut ipſa unctio docet uos de omnibus, & uerax eſt, & non eſt mendacium.

Apoc. 5. Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius?

Iob. 32. Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.

Vniuerſos

Vniuerſos filios tuos doctos à domino, & multitu dinem pacis filijs tuis. Eſa.54.

Poſt dies illos dicit dominus: Dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam &c. Hiere.31.

Et erit uobis uiſio omnium, ſicut uerba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras &c. Eſa.29.

## SPIRITVS IN AETERNVM PROMISSVS.

EGo rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum inæternum ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere: quia non uidet eum, nec ſcit eum, uos autem cognoſcetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. Ioan.14.

Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet, loquetur, & quæ uentura ſunt, annunciabit uobis, quia de me accipiet, & annunciabit. Ioan.15.

## SPIRITVS SANCTI IN ECCLESIA DEI OFFICIA.

PAracletus ille qui eſt ſpiritus ſanctus, quem mittet, & ille uos docebit. Ioan.14.

Cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & iudicio. Ioan.16.

Ille teſtimoniū perhibebit de me. Chriſtus per obedientiam quam fecit patri, emeruit nobis per ſuā mortem ſpiritum à patre, qui ducat in omnem ueritatem. Ioann.15.

Actu. 2. Spiritus ſanctus datus eſt poſt Chriſti aſcenſionē, Actu. 2. ex eo tempore ſanctificat Chriſtianos, & glorificat, & reuelat nobis Chriſtum, cum omni uirtute in uerbis, prodigijs & ſignis.

## SPIRITVS ET CARO QVID SIT.

Galat. 5. Spiritū ambulate, & facta carnis, uel deſyderia non perficietis.

Ioan. 6. Spiritus eſt qui uiuificat, caro nō prodeſt quicquā.

Mat. 16. Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.

Ioann. 3. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

1. Cor. 2. Spiritus omnia ſcrutatur, etiā profunditates dei.

Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autē aduerſus carnem.

1. The. 5. Spiritum ne extinguatis, prophetias ne aſpernemini &c.

Galat. 5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hæc. Adulterium, ſcortatio, laſciuia &c. Contra ſpiritus fructus. Charitas, gaudium, pax, lenitas &c

1 Cor. 15. Caro & ſanguis regni dei hæreditatem conſequi non poſſunt.

Rom. 8. Qui carnales ſunt, quæ carnis ſunt curant, at qui ſpirituales ſunt, quæ ſunt ſpiritus. Si ſecundum carnem uixeritis, moriemini, & ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris.

Nos

Nos uere non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpi- 1.Cor.2.
ritum qui eſt ex deo.

Itaq; nos poſt hac neminem nouimus ſecundum 2.Cor.5.
carnem. Porro etiamſi cognouimus Chriſtum ſecun
dum carnem, nunc tamen non amplius nouimus.

Caro aliquando carnalis intellectus, littera. Cor- Caro qd
tex ſcripturæ eſt, Interdum caro ſunt. Tropi. Idiotiſ- ſignificet
mi. Hebraiſmi, & figuræ linguarum, quæ ſi intelli-
gantur, abſq; ſpiritu abducunt. Tropi ſunt. Ego ſum
uitis uera: pater meus eſt agricola. Chriſtus leo de tri-
bu Iuda. Chriſtus petra, agnus, paſtor. Tu es Petrus,
& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.
Septem ſpicæ, & ſeptem boues, ſunt ſeptē anni. Hoc
eſt corpus meum &c. In hijs aliud ſemper dicitur, &
aliud intelligitur.

Caro eſt quoq;, quicquid per ſpiritum non uiuit, Caro.
Omne opus atq; doctrina quæ per ſpūm nō uiuificat,
hic littera eſt. Lex ad ſpūm non intellecta, littera eſt. Littera.
Euangeliū ſi ad literā uel hiſtoriā tantū intelligitur. Lex.
Littera quoq;, oēs Tropologiæ Allegoriæ, & quic-
quid fuimus, quod per ſpūm non uiuit: ſpiritus porro
eſt, quicquid ſpiritu gratiæ in corde uiuit.

Spūs eſt fides, qua uere & ex corde euāgelio credi Spūs qd
mus. ſpūs eſt & amor dei & proximi in corde feruēs. ſignificet
Sic intelligendæ ſunt ergo prædictæ ſcripturæ. & ſit.
Littera occidit: ſpiritus uiuificat.

Circūciſio

Circunciſio ſpūal' Circumciſio uera eſt, quæ ſpiritu conſtat, non lite/ra, id eſt, nō externū opus, ſed affectus faciendæ legis.

Lex ſpirituali*s*. Lex ſpiritualis eſt non per allegorias & tropolo/gias, ſed quia requirit affectum facientis, id eſt, quod non impletur externo opere facientis, ut ex corde fi/ant. Is ſpiritus reuera non datur, niſi per gratiam dei, atq; eſt ipſiſſima gratia dei. Hinc eſt quod impoſſibi le dicimus legem, & præcipiſſe impoſſibilia deum de diſſe. Item, leges nō bonas (ut inquit) propheta. Hinc

Act. 15. & Petrus dicit. Quid conamini imponere iugum ſu/per ceruices diſcipulorum, quod neq; nos neque pa/tres noſtri potuerunt portare. Ratio, quia non ad lite ram impletur. Voluntas legislatores, ſed ſpiritu legis quia ſpiritualis eſt lex: nos autem carnales. Hinc lite ra occidit, ſpiritus autem uiuificat, id eſt, lex non uiui ficat, ſpiritus autem eſt uiuax in corde affectus, quo legi ſatis fit.

## SANCTI IVDICABVNT SI=MVL CVM CHRI=STO.

1. Cor. 6. AN neſcitis quod ſancti mundum iudicabunt.

Matt. 19 Sedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudi/cantes duodecim tribus Iſrael.

In Epiſtola Iudæ. Ecce uenit dominus in ſanctis milibus ſuis, ut fa/ciat iudicium aduerſus omnes, & redarguat omnes ex eis, qui ſunt impij.

Sanctos

## SANCTOS DORMIRE DICVNTVR

ET multi de his qui dormiunt in terra, puluere euigilabunt. Dani.12.

Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in Chriſto. Actu.7.

Et eos deus qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. 1.The.4.

Simul in puluere dormient. Iob.21.

Ecce nunc in puluere dormiã, & ſi mane me quæſieris non ſubſiſtam. Iob.7.

Ne confideremus in nobisipſis, ſed in deo, qui ad uitam ſuſcitat mortuos. 2.Cor.1.

Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur. 1.Cor.15.

Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado, ut à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius &c. Ioan.11.

Ergo qui dormierunt in Chriſto perierũt. Ex quo enim patres dormierunt &c. 1.Cor.15.

## CHRISTIANIS QVOMODO VIVNEDVM.

SObrie & iuſte uiuamus in præſenti ſæculo. Titum.2.

Formam habeto ſanorum uerborum, quos à me audiſti cum fide & charitate. 2.Tim.1

Viri fratres, ego omni conſcientia bona, conuerſatus ſum coram deo uſq; in hodiernum diem. Actu.23.

Manus

1.Tim.5. Manus cito nemini imponas, neq; communices pec-
catis alienis, temetipſum purum ſerua.

2.Tim.4 Reiecimus occultamenta dedecoris, non uerſan-
tes per aſtuciam, neq; dolo tractantes uerbũ, ſed ma-
niſeſtatione ueritatis commendantes nos ipſos apud
omnem conſcientiam hominum in conſpectu dei.

Titum.2 In omnibus teipſum præbe exemplum bonorũ ope-
rum in doctrina, & in integritate, & in grauitate.

2.Cor.1. Gloriatio noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ
noſtræ, quod cum ſimplicitate & ſinceritate dei.

1.Tim.1. Hoc præceptum cõmendo tibi fili Timothee, iuxta
prophetias, ut milites in eis, bonam militiam habens,
fidem & bonam conſcientiam.

Act.24. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo, conſcienti-
am habere erga deum, & erga homines ſemper.

Math.5. Vos eſtis lux mundi. Sic luceat lux ueſtra coram
hominibus, ut uideant bona opera, glorificentq; pa-
trem ueſtrum.

1.Pet.3. Loquamini de ea quæ in uobis eſt, ſpe cũ manſue-
tudine & reuerentia, conſcientiam habentes bonam.
2.Cor.6 Actu.1.1. Tim.6.

## SECVRITAS CARNIS PROHIBETVR.

Eſa 56. Venite ſumamus uinũ & impleamur æbrieta-
te, & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo
amplius.

Laſt vns zechen.

Nu

Ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtram, uerte pedem tuum à malo &c, Prou. 4.

Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Eſa. 22.

Vigilate itaq;, quia neſcitis diem, neq; horam, in qua filius hominis ueniet. Mat. 25.

Guloſus ille & auarus, qui aiebat. Anima habes multa bona poſita in multos annos: comede, bibe &c. Lucæ. 12. Sy gůt menlin.

Relinquamus ſigna leticiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra &c. Elegans caput per totum. Hiere. 5. Prouer. 6. Sapiẽ. 2.

## SIMPLICITAS SERVANDA.

Estote igitur prudentes, ueluti ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Matt. 10.

Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Prou. 10.

Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum uaſtabit illos. Prou. 11.

Beati pauperes ſpũ, quoniã illorũ eſt regnũ cœlorũ Math. 5.

Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea. Prou. 2.

Viri ſanguinum oderunt ſimplicem. Iuſti autem quærunt animam eius, Pro. 28. 20. Blůtſeuffer. Pro. 29.

## IVSTICIA SOLI DEO DEBETVR, NOBIS VERO CONFVSIO.

Domino deo ueſtro iuſticia, nobis autẽ cõfuſio Baruch. 1

Tibi domine iuſticia, nobis autem confuſio, Daniel. 9

Domino deo noſtro iuſticia, nobis autẽ & patri- Baruc. 2.

bus

bus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc.

SALVS A DOMINO.

Oſeæ.1. SAluabo eos in domino deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus.

Pſal.43. Nec enim in gladio ſuo poſſiderũt terram, & brachium eorũ non ſaluauit eos, ſed dextera tua & brachium tuũ, & illuminatio uultus tui. Nõ enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me.

Pſal. 32. Non ſaluabitur rex per multam uirtutem, & gigas non ſaluabitur.

Pſal.166. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, neq; in tibijs uiri beneplacitum erit domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Pſal.51. Sed ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarum, & præualuit in uanitate ſua.

1.Re.14. Non eſt domino difficile ſaluare, uel in multis uel in paucis.

4. Re.18 Quæ eſt iſta fiducia qua niteris? forſitan iniſti conſilium, ut præpares te ad prælium in quo confidis, ut audeas rebellare? An ſperas in baculo arundineo, atq; confracto Aegypto, ſuper quem ſi incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam. Sic eſt Pharao rex Aegypti, omnibus qui confidunt in ſpe. Quod ſi dixeritis mihi: In domino deo noſtro habemus fiduciam &c.

Baculus arundineus eſt potẽtia carnalis.

## SALVS HOMINIS VANA.

DA nobis auxiliũ ex tribulatione, & uana ſa= Pſal.59.
lus hominis.

Nolite confidere in principibus, in quibus non eſt Pſal.145.
(ſalus.

Veruntamen uani filij hominũ, menda- Pſal.61.
ces, ut fraudẽ faciãt in ſtateris, ipſi ex uanitate ſimul.

Vana ſalus hominis, in deo faciemus uirtutẽ &c. Pſal.59.

Bonũ eſt confidere in domino, quàm confidere in Pſal.117
hoĩe: Bonũ eſt ſperare in domino, quàm ſperare &c.

Dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax. Pſal.115.

## FIDENDVM SOLI DEO.

DOmine deus meus in te ſperaui, ſaluũ me fac, Pſal.17.
ex omnibis perſequentibus me, & libera me.

Noli timere, quia redemi te, & uocaui te nomine Eſa.43.
meo. Meus es tu, & dabo homines pro te, & populos
pro anima tua: Noli timere, quia ego dominus &c.

Ioſaphat autẽ timore perterritus, totũ ſe contulit 2.Par.20
ad rogandũ dominũ. In manu tua eſt fortitudo mea.

Dominũ deũ ueſtrũ timete, adorate, & ipſi immo 4.Re.17.
late, & ipſe eruet uos de manu omniũ inimicorũ &c

Dominus petra mea, & robur meum, & ſaluator 2.Re.22.
meus. Deus dominus fortis meus, & ſperabo in eum,
ſcutũ meũ, & cornu ſalutis meæ, eleuator meus.

Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt Exod.15.
mihi in ſalutẽ Dextera tua domine magnificata &c,

Domine aſpice in minas eorũ, & da ſeruis tuis, ut Actu.4.
Q cum om

cum omni fiducia, loquantur ſermonem tuũ: manum tuam porrigendo in hoc, ut ſigna & prodigia edantur. Pſal. 49. Heſter. 14. egregium caput.

## SERVI OBEDIANT DOMINIS.

Ephe. 6. SErui obedite ijs qui domini ſunt iuxta carnem, cũ timore ac tremore, cũ ſimplicitate cordis ueſtri tanquàm Chriſto, nõ ad oculum ſeruientes &c.

Coloſ. 3. Serui obedite per omnia ijs, qui domini ſunt ſecundum carnẽ, nõ obſequijs ad oculũ exhibitis, tanquàm hominibus placentes, ſed cũ ſimplicitate cordis &c.

1. Pet. 2. Famuli ſubditi ſint cũ timore dominis, nõ ſolũ bonis ac humanis, uerumetiam prauis &c.

Titum. 2 Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes &c.

1. Tim. 6 Quicũq; ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos in omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina blaſphemetur.

1. Cor. 7. Seruus uocatus es, non ſit tibi curæ. Qui enim in domino uocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini.

## TIMOR DOMINI SAPIENTIA.

Iob. 28. ECce timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia.

Proue. 1. Timor domini principium ſapientiæ.

Prou. 9. Principium ſapientiæ timor domini, & ſcientia ſanctorum prudentia.

Pro. 14. In timore domini fiducia fortitudinis, & filij eius erit ſpes. Timor domini fons uitæ.

Timor

Timor domini diſciplina ſapientiæ, & gloriam procedit humilitas, Proue. 15.

Initium ſapientiæ timor domini: timor domini ſcientiæ religioſitas. Eccle. 1.

Timor domini initium dilectionis eius, fidei autem initium agglutinandum eſt ei. Eccle. 25

## TIMOR ET VERBVM DEI SEMPER OPVS.

IAm ſaturati eſtis, iam ditati eſtis, abſq; nobis regnum adepti eſtis, atq; utinam adepti ſitis &c. 1. Cor. 4.

Sedit populus ut ederet & biberet, & ſurrexerũt ludere. Exo. 32. Nume. 26. 1. Cor. 10.

Via uiæ cuſtodienti diſciplinam, qui autem increpationes relinquit, errat. Prou. 10.

Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, qui uero mentis eſt duræ, corruet in malum. Pro. 28.

## VERBO DOMINI OMNIA FACTA SVNT.

VErbo domini cœli firmati ſunt, et ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Pſal. 32.

Emittet uerbum ſuum, & liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Pſal. 147

Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil &c. Ioann. 1.

Ego dominus, & non eſt alter: Creans lucem & tenebras: faciens pacem, & creans malum: Ego dominus faciens hæc omnia. Eſa. 45.

Hebre. 1. Portans omnia uerba uirtutis ſuæ, ſiue potentiæ ſuæ per ſemetipſum purgatione facta.

Pſal. 148 Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata (ſunt.

Geneſ. 1. Spiritus dei ferebatur ſuper aquas: dixit deus. Fiat lux, & facta eſt lux.

VERBO DEI NIHIL ADDENDVM.

Deut. 4. NOn addetis ad uerbũ, quod uobis loquor, nec auferetis ex eo.

Prou. 30. Omnis ſermo dei ignitus clypeus eſt, omnibus ſperantibus in ſe. Ne addas quicquàm uerbis illius &c.

Deut. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantũ facito domino: nec addas quicquàm, nec minuas.

Mat. 28. Euntes ergo docete omnes gentes &c. docentes eos ſeruare omnia, quæcunq; præcepi uobis.

Ioan. 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæcunq; ego præ(cipio uobis.

Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt: Ipſum audite. Lucæ. 9.

Marc. 9.

1. Pet. 4. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia dei &c.

2. Petri. 3 Memores ſitis uerborum, quæ prædicta ſunt à ſanctis prophetis, et mãdati domini, qui ſumus Apoſtoli.

Eſaiæ. 8. Ad legem magis, & ad teſtimonium &c.

Eſai. 30. Væ filij deſertores, ut faceretis conſilium, & non ex me, & ordinemini tælam, & non per ſpiritum meum, & os meum non interrogaſtis.

Hier. 7. Audite uocem meã &c. & ambulate in uia quam mandaui uobis, ut bene ſit uobis.

Leuit. 10. Doceatis filios Iſrael omnia legittima mea, quæ locutus

locutus ſum ad eos per manum Moſi.

Cuſtodite mãdata domini dei ueſtri, quæ ego præcipio uobis. Deut. 4.

Cuſtodite igitur & facite, quæ præcepit dominus deus uobis. Non declinabitis neq; ad dextrã, neq; ad ſiniſtram, ſed per uiã quã præcepit dominus deus ueſter ambulatis, ut uiuatis. Deut. 17. Deut. 5.

Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus, illa cogita &c. Eccle. 3.

VERBI DEI DIGNITAS.

SI tibi uoluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ &c. Eamus & ſeruiamus dijs alienis, non acquieſcas, nec audias eos. Deut. 13.

Non enim ſumus, ut pleriq; cauponantes ſermonẽ dei, ſed uelut ex deo in cõſpectu dei per Chriſtũ &c. 2. Cor. 2.

VERBVM NON OCIOSVM.

ECce uerbum domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud. Hier. 6.

Audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris ſui uertunt illos. Ezec. 33.

Factus eſt mihi ſermo in opprobriũ, & in deriſum (tota die. Hier. 20.

Percuſſimus fœdus cũ morte, & cũ inferno fecimus pactũ: quia manda remanda &c. Eſai. 28.

Si dimittetur iniquitas hæc uobis &c. Comedamus et bibamus, cras enim moriemur. Laſt vns zechẽ Eſa. 22.

VERBVM DEI PRAEDICATVM OCCASIO TVMVLTVS EST.

Ioan.7. DIſſenſio itaq; orta eſt in turba propter eum: quidā autē ex ipſis uolebāt apprehendere eū.

Lucæ. 2. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionē multorum in Iſrael, & in ſignū, cui contradicitur.

Ioan.16. Sed ueniet tempus, ut quiſquis interficiat uos, uideatur cultum præſtare deo.

1.Pet. 2. Ecce pono in Sion lapidem electū, qui crediderit, non feſtinet.

Ioan.16. Diſſenſio igitur facta eſt inter Iudæos, propter ſermones hos. Plena ſunt apoſtolica acta huiuſmodi tu-

Ioan.12. multibus, quoq; Euangelia, ut Ioan.12. Et apud Lucam conſpirabāt, ut ſi aliquis diceret de Ieſu, ut extra ſynagogā eijceretur. Vide Gen.16. de Hiſmaele.

VERBI AVTORITAS.

Roma.1. NOn enim me pudet Euangelij Chriſti, potentia ſiquidem eſt dei, ad ſalutē omni credenti.

2.Tim.3. Quæ te poſſunt eruditum reddere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in Ieſu Chriſto.

Ibidem. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt utilis ad doctrinam, ad redargutionem, & correctionē, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſticia.

Ioan. 12. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui me miſit. Et.1.Pet.1.

VERBVM DIVERSOS HABET AVDITORES.

Ioan.7. ET murmur multum erat in turbis de eo: quidam enim dicebant, bonus eſt: alij dicebant, non

ſed

ſed ſeducit turbam &c.

Ex principibus multi crediderũt in eum, ſed propter phariſæos non confitebantur, ne è ſynagoga eijcerentur. Ioan. 12.

Quem dicunt hominem eſſe filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam: alij autem Hieremiam, aut unum ex prophetis. Ioan. 9. Luce. 9. Matt. 16. Marc. 8.

Quidam autem ex eis dixerunt: Per Beelzebub principem dæmoniorum eijcit dæmonia. Lucæ. 11.

Parabola de ſemine declarat, & oſtendit diuerſos auditores uerbi. Lucæ. 8.

Ne arbitremini quod uenerim ad mittendum pacem in terram, ſed gladium &c. Matt. 10.

## VERBVM DOMINI PERMANET IN AETERNVM.

Veritas manet, & inualeſcit in æternum, & uiuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum. 3. Eſd. 4.

In æternũ domine, & uerbum tuum permanet in cœlo. Pſal. 118.

Verbum autem domini manet in æternum. 1. Petri. 1.

Vere fœnum populus eſt uerbum. Eſa. 40.

Egredietur de ore meo iuſticiæ uerbum, & non reuertetur: Mihi curuabitur omne genu. Eſai. 45.

Verbum meum quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me uacuum &c. Eſa. 55.

Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea nõ tranſibunt. Matth. 24. Mar. 13. Matth. 5. Lucæ. 21.

## VERBVM DOMINI LVCERNA ET SCVTVM IN SE SPERANTIVM.

Pro. 30. OMnis ſermo dei ignitus clypeus eſt, omnibus ſperantibus in ſe.

2. Re. 22. Quia tu lucerna mea domine, & tu domine illuminabis tenebras meas, dediſti mihi clypeum ſalutis.

Pſal. 118. Lucerna pedibus meis uerbũ tuũ, & lumẽ ſemitis (meis.

2. Re. 22 Eloquiũ domini igne examinatũ: ſcutũ

Pſal. 17. eſt omnium ſperantium in ſe.

Pſal. 17. Quoniam tu illuminans lucernam meã domine, deus meus illumina tenebras meas.

## VERBVM NON FIT OCIOSVM.

Ioſuæ. 23 DE omnibus uerbis quæ ſe dominus præſtiturũ uobis eſſe pollicitus eſt: unum nõ præterierit (in caſſum.

4. Re. 10. Videte ergo nũc, quoniã nõ cæcidit de ſermonibus domini in terrã, quos locutus eſt dominus ſuper domum Achab, & dominus fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui Heliæ.

Eſai. 55. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcũq; uolui, & proſperabitur in his, ad quæ miſit illud.

## VERBVM VIVIFICAT.

Ioan. 6. VErba quæ ego loquor uobis, ſpũs et uita ſunt.

Ibidem. Domine ad quem ibimus? uerba uitæ habes, & nos credimus &c.

Ezech. 1. Spiritus uitæ erat in rotis. Ideo uerbum uiuum di-

Pſal. 118. citur, & ſic Dauid petit, ut uiuificet eum ſecundum uerbum ſuum.

Victus

## VICTVS DEBETVR MINISTRIS VERBI.

NOn ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Deut.25

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in uerbo &c. 1. Tim.5.

Præcepit Ezechias etiam populo habitantiũ Hierusalem, ut darent partes ſacerdotibus & leuitis, ut poſſent uacare legi domini. 2. Par.31

Etenim ſi ſpiritualia ſua cõmunicauerũt gẽtibus, debeant & de carnalibus miniſtrare illis. Rom.15.

Rogamus autẽ uos fratres, ut noueris eos, qui laborant inter uos, & præſunt uobis in domino, & monent uos, ut habeatis abundantius in charitate. 1.Theſ.5.

Gratuito euangelium dei prædicauerim uobis? Cæteras eccleſias deprædatus ſum, accepto ab illis ſtipendio, quo uobis inſeruirem &c. 2.Cor.11.

Non quod id nobis non liceat, ſed ut nos metipſos formam daremus uobis ad imitandum nos. 2,The.3.

Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus magnum eſt ſi nos ueſtra carnalia meſſuerimus. Qui euangelium annunciant, ex euangelio uiuant: qui ſeruit altari, de altare manducet. 1. Cor.9.

Et dignus eſt operarius mercede ſua. Lucæ.10.

## VEXATIO DAT INTELLECTVM.

TAntũmodo ſola uexatio dabit intellectum auditui. &c. Eſa.28.

Eſa.26. Cum feceris iudicia in terra, iuſticiam diſcent habitatores orbis.

Ibidem. Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Hiere.31. Caſtigaſti me domine, & eruditus ſum quaſi iuuencula indomitus.

Eccl. 34. Qui non eſt tentatus quid ſcit? uir in multis expertus, cogitabit multa &c. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit?

Ioan. 9. Et ut manifeſtetur, & cognoſcatis & credatis, quod pater in me eſt, & ego in eo.

Pſal.118. Bonum mihi domine, quia humiliaſti me. Pſal.118.

## VOCATI SVMVS AD AFFLICTIONES.

1.Pet. 2. SI bene facientes, patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud deum: In hoc enim uocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c.

1.Petr.3. Non reddentes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto, ſed econtrario: Benedicentes, quia in hoc uocati eſtis &c.

1.Petri.1. Nūc ad breue tempus afflicti, in uariis experimentis ſi opus, ſi quo exploratio fidei ueſtræ &c.

## PARENTVM VESTIGIIS NON INGREDIENDVM.

Zacha.1. NE ſitis ſicut patres ueſtri, ad uos clamabunt prophetæ priores dicentes &c.

Ezec. 20 In præceptis patrum ueſtrorum nolite incedere,

nec

nec iudicia eorum cuſtodiatis.

Nolite fieri ſicut patres ueſtri, & fratres: qui re- 2.Par.30
ceſſerunt à domino deo patrũ ſuorum &c.

Nolite obdurare corda ueſtra, ſicut in irritatione Pſal.94.
ſecundum diem tentationis in deſerto, ubi tentaue-
runt &c. 4.Reg.17.

## VIRI DILIGANT VXORES SVAS.

Viri debent diligere uxores ſuas, ut ſua ipſorũ Ephe.5.
corpora &c.

Viri cohabitent ſecundum ſcientiam, uelut infir- 1.Petr.3.
miori uaſi muliebri, impartientes honorem, tanquàm
etiam cohæredes gratiæ uitæ.

Relinquet homo patrem ac matrem, & adiunge- Gene.2.
tur uxori ſuæ: atq; è duobus fiet una caro.

Vos ſingulatim hoc præſtate, ut ſuam quiſq; uxo- Ephe.5.
rem diligat, tanquàm ſeipſum.

Homo patrẽ ſuũ relinquet, qui enutrijt illum, & 3.Eſd.4.
ſuam regionẽ: & ad mulierem ſe coniungit.

Vir uxori debitam beneuolentiam reddat. 1.Cor.7.

Viri diligite uxores, & ne ſitis amarulenti aduer Coloſ.3.
ſus illas.

## VXORES DILIGANT VIROS.

Vxores proprijs uiris ſubditæ ſitis, ueluti do- Ephe.5.
mino &c. et ſicut eccleſia ſubdita eſt Chriſto,
ſic et uxores ſuis uiris ſubditæ ſint in omnibus. Tit.2.

Vxores

Coloſ. 3. Vxores ſubditæ eſtote proprijs uiris &c.
1. Petri. 1 Vxores ſubditæ ſitis uiris ueſtris &c.
1. Tim. 2 Mulieri non permitto authoritatem uſurpare in uiros, ſed eſſe in ſilentio. Adam prior formatus eſt, deinde Eua. Adam nõ fuit deceptus, ſed mulier ſeducta, obnoxia facta eſt transgreſſioni.
Geneſ. 3. Sub uiri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.
1. Pet. 3. Sanctæ illæ olim mulieres ſperantes in deo, ſubditæ erant ſuis uiris: Et Sara obediuit Abrahæ, dominum illum appellans.
1. Cor. 7 Vxor reddat debitam beneuolentiam uiro.
Ephe. 5. Vxor autem reuereatur uirum.

VXOR HONESTA DONVM.
DEI EST.

Pro. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autem proprie uxor prudens.
Proue. 5. Sit uena tua benedicta & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ &c.
Eccle. 7 Mulier ſi eſt tibi ſecūdū animā tuā, nõ proijcias illā.
Prou. 19. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum & hauriet iocunditatem à domino: qui expellit mulierem bonam, bonum expellit.
Eccl. 36. Qui poſſidet mulierē bonā, inchoat poſſeſſionē &c.

VITA CHRISTIANA PERICVLIS
PLENA.

Rom. 7. Miſer ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio.

In hoc

In hoc gemimus domicilio noſtro, quod eſt è cœ- 2.Cor. 5.
lo ſuper indui cupientes &c.

Spiritus concupiſcit aduerſus carnem: caro ad- Galat.5.
uerſus ſpiritum.

His autem fieri incipientibus, ſuſcipite & attolli- Luc. 21.
te capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio
ueſtra.

Hæc eſt uictoria quæ uincit mundum ueſtra fides. 1.Ioan.5.

Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Philip 2.

Gaudendum Chriſtiano, ſi cito moriatur, qui ſen-
tit peccatum, mundum, diabolum impugnare omni
loco, & hora ſe deum blaſphemare, quomodo nõ mor
tem exoptet? Sic ſentit Paulus quãdo Philippenſibus
clamat: Cupio diſſolui. Non fruſtra Paulus tanti ſpi-
ritus uir hæc ſcribit, Ephe.6. Induite totam armatu- Ephe.6.
ram, & 1. Petri. Sobrij eſtote, uigilantes &c. 1.Petri.5.

## VITA CHRISTIANA PERPETVUS CVRSVS.

DOnec perueniamus omnes in unitatem fidei, Ephe.4.
& agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in
menſuram ætatis plenæ adultæ Chriſti.

Sperantes futurum, ut ſuboleſcente fide ueſtra 2.Cor.10
in uobis magnificemur iuxta regulam
ueſtram in exuberantiam.

## ERRATA QVAE PASSIM REPERIUNTUR. Sic caſtigato.

Pagina.1.ſim,lege ſum.inponere,lege. imponere. pag.ij. fraterno minatur,leg.frater nominatur. pag. ix.tribulationes , leg.retributiones.pagi.x. patribus ſectandi,leg.patres ſectandũ,& piſcinam,leg.priſtinam,ead. pagi hoſtumleg.hoſtium.pag. xi. dominiũ leg.dominium.gaudium ueſtrum principes &c.lege. ſed adiutores gaudij ueſtri eadem pag.prædicere leg. prædicare.pag.xv.filcarum,leg.filiarum.pag.xv.humiliatum,lege humiliatus. pagi. xvij . tranſiuit, lege tranſiet.pag.xxiiij.uidens,lege ridens,pag.xxv.inpoſtor,leg.impoſtor.pag.xxvi.Hæconiæ,lege Hæccine pag.xxxi.ſcrutacor,lege ſcrutabor.eadem pag.præmonet,lege ſuos promouet.pag.xxiij.domini dei,lege donum dei.pag.xxvij.in deuaſtationem,leg.in deuaſtatione.eadem iſtum,lege iuſtum.pag.xxxix,pauperi,lege pauperis.eadem pag.inopum,lege inopem. pag.xl.ſpiritualem,lege ſpiritalem.pag.xlij .lege ſectantē, uel tractantē:pag.xliij.lege, Iacob aiebat dies &c.pag.xliij.imaginis,leg.imagines.pag.xlv.iudicaret,lege indicaret.pag.xlvi.chariſſimi,lege chariſſimos.pag:xliij.ſimom,leg.Simon,animis,leg.animus.pag.xlviij.ſenectem.lege ſenectutem.pagi. xlix. conſerunt,lege conſenſerunt.pag.li.aſpiciendum,lege aſpiciam.eadem,Chriſtiano expectandã,lege Chriſtianus

ſtianus expectet liberationem.lxvi.imitandum, lege imitatores ſimus Chriſti & Apoſtoli.pag.lxx.admonitis,lege admonitus,eadē pag.piſcinam,lege priſtinam.pag.lxxv.potenija,lege potentia. pagi. lxxvij. oriebetur,lege oriebatur.eadem pag.facta,lege factæ uirtutes.ead. Rehabeam, lege Rhoboam.pag.lxxxi. nuiquid,lege nunquid.pag.lxxxiij.quod eſt,leg.quod hodie eſt. pag.lxxxix. ſeruiunt,lege ſeruiuit. eadem operis,lege operi.pag.xc.nec reſpōdebat,lege ad interrogata reſpondebat.pag.xcij. uocati, lege uocali. pag.xciij.fit ſobria,lege ſit ſobria.pag.xcix.Ecce mater,ecce inter.pag.cxix.pro qđ,lege,pro eo qđ &c.

1869207

Digito Compeſce labellum.

Red nit zů vil/ichs radten wil.



Πᾶσ λόγοσ σαπρὸσ ἐκ τοῦ στόματοσ ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω.

עת לחשות ועת לדבר

Getruckt zů Baſel/bey
Thoman Wolff.

M. D. XXVII.